

rebus, acuta difficultatum tela, & adversa ob-
jectionum jacula hinc inde magna dexteritate
propulsando, & pro enucleando clientu-
lorum jure aduerso Marte, & infestis signis
strenuissime dimicarunt, laudem ergo me-
rentem non mediocrem.

358 Confirmetur ergo judicatum à meretissi-
mo Prætore Curiali, quoad exclusionem
Reæ, ut evictum est, revocetur quoad exclu-
sionem Actoris, quem legitimum hujus ma-
ioratus esse puto, sic confirmata, & revocata
sententia, & gravamini processus non defe-
ro, nec licentijs petitis. Lisboa 6. Ianuarij
de 1666. Doctor Basto.

359 A qua sententia fuit petita revisio, & fuit
concessa, & revocata hæc sententia, confir-
mata fuit alia Prætoris Curialis, & tenor
sententiae revisionis talis est.

360 Acordam em Relaçao, &c. Vistos estes au-
tos, Provisao do dito Senhor, porque manda
rever as sentenças nelles dadas, havendo res-
peito às Tençoens dos Desembargadores, que
sobre elles informaraõ. E visto outrossim a sup-
plica do oppoente Antonio de Saldanha. Ag-
gravado he o aggravante pelos Desembarga-
dores dos aggravos, Iuizes Commissarios des-
te feito, em revogarem a sentença dada a seu
favor pelo Corregedor do Civel da Corte, co-
mo successor do posthumo Dom Luis de Oli-
veira seu primo, netos ambos do ultimo possui-
dor do morgado Luis Francisco de Oliveira,
por se dizer, que no tal posthumo, nam concor-
riaõ as qualidades da instituição, baram, legiti-
mo, & leigo; repetidas nella varias vezes,
por naquelle tempo da successão, senão verifi-
car a qualidade de macho, que requeria exi-
stencia real de nascido ao tempo da morte do
ultimo possuidor, que no posthumo senão dà,
podendo nascer monstro, & ainda que em al-
guns casos se reputo o posthumo por nascido,
procede por ficção nas successoens regulares,
mas nam nos morgados irregulares, em que
ao tempo determinado da morte do possuidor,
ha de ter o successor as qualidades da institui-
ção no sentido proprio das palavras, & nam
per ficçãoens, que só se inventaraõ para as cou-
sas de Direito, & nam para as disposiçãoens do
homem, & que concorrendo todas as qualida-
des da instituição no A. Christovaõ de Alma-
da de varão existente, & lidimo leigo, devia
preceder ao posthumo, por tambem ter vocação
particular por filho de irmãa, que o institui-
dor chamou, para por este modo se entroncar
outra vez a agnação ficta em falta da ver-
dadeira, de que o morgado que foi instituido.
Revogando sua sentença, vista a instituição, &
o mais dos autos, de que consta, que este mor-
gado nam he de agnação, mas de masculinida-

de, que se induz da vocação dos machos, cha-
mados geralmente filhos, netos, & bisnetos,
com exclusão sómente de femeas, em que se in-
cluem os baroens, filhos de femeas. & chaman-
do particularmente os filhos da irmãa Ouzen-
da Peres, & a Clerigos, em que se não conser-
va a agnação, excluindo tambem as linhas de
outro irmão, que tinha, a quem nam chamou
para o morgado, deixandolhe legados. Nem o
A. supplicado tem a vocação especial, ou sin-
gular, que diz nos termos que aponta, por não
ser filho, ou descendente da irmãa Ouzenda
Peres, mas da linha de Men Peres, primei-
ro chamado, por ser filho de Dona Magdale-
na de Lancastro, irmãa do ultimo possuidor;
nem se pode dizer, que no tempo da delaçam
do morgado senão verificavaõ no posthumo
Dom Luis as qualidades da instituição de ma-
cho, lidimo, leigo, por naquelle tempo estar no
ventre, de quatro meses & meio, em que era
duvidoso seu nascimento, porque havendo con-
sideração, a que por vezes se achaõ na insti-
tução as palavras, se ouver filho, & he o mes-
mo, que se dissesse, se acontecer, que haja fi-
lho, o que se verifica no posthumo concebido já
animado, nem em toda a instituição, se acha
clausula alguma de existencia de filho nasci-
do, mas sómente de filho deixalo, que se vere-
fica no que está no ventre, porque já existe
realmente, & como o supplicante Antonio de
Saldanha succedeo no direito do posthumo D.
Luis, do qual se lhe dirivou pelas habilitações
dos autos, & ser certo, que a Ley, que dispoem
dos filhos posthumos, procede assim nas dispo-
çãoens legaes, como testamentarias, conforme a
opinião de Acurcio, que nam se achando com-
mumente reprovada, se deve guardar neste
Reyno como Ley, & ser outrossim certo, que da
parte da Ley, senão da ignorancia, ainda que
se duvide da parte do homem, & se defere lo-
go o morgado pela vontade tambem presumpta
do instituidor, que sabendo como Letrido a
Ley, admittit o posthumo, como se for nascido,
o nam exclui, nem dispoz, que só os nasci-
dos se admitisse, mas antes em toda a insti-
tução se vê respeito aos que haviab de nas-
cer, & nas vocações do morgado fallou nove
vezes pela palavra, ouver, ou on uesse filho, &
os Doutores, que fallão em exclusão de posthu-
mo animado, procedem, quando para isso ha
vontade expressa, ou presumpta do instituidor,
que nos termos presentes senão verifica das
palavras da instituição, ou fallão no concebi-
do ao depois da morte do possuidor, ou no caso
que se trata suceder por representação, o que
se não accommoda ao caso presente, & como a
verdade da disposição da Ley, que reputa aos
posthumos por nascidos nos casos a elle isteis,

qual

qual he o de que se trata, deva preceder a al-
legação da vontade presumta do instituidor,
que se quer arguir sem fundamento na exi-
gência de filho nascido, em que o instituidor
não falou em toda a instituição: tudo o que
considerado, & como nos termos da institui-
ção, de que se trata, foi visto o instituidor
conformar-se com a disposição de Direito. Int.
gaõ, que os morgados, de que se trata, perten-
cem ao supplicante Antonio de Saldanha ba-
bilitado. E mandaõ, que o supplicado lhos re-
staura, ao qual condenaõ nas custas dos autos,
& mandaõ, que ao supplicante se entregue a
causaõ depositada. Lisboa 20. de Março de
1671. Meusinho. Sousa Serraõ. Cerqueira.
Sousa. Marchaõ. Pereira de Sousa. Faria.
Oliveira. Cardoso.

³⁶¹ Hæc sententia fundata fuit in delibera-
tionibus sequentibus, quæ latæ fuere ad cō-
cessionem revisionis.

Vt muneri injuncto satisfaciam sequen-
tia præsuppono.

³⁶² Primò illustrissimi supplicans, & suppli-
catus, non descendunt ab alio fratre, vel so-
nore Archiepiscopi Bracharenis hujus mi-
noratus institutoris, sed solum à fratre Mendo
Peres cum hac differentia, quod supplicans
non solum est ipsius Mendi directus
descendens; sed & nepos ex filia Ludovici
Francisci de Oliveira ultimi possessoris ejus-
dem minoratus; at supplicatus est transver-
salis, filius sororis ipsius ultimi possessoris,
ut non dubitatur.

³⁶³ Secundo, quando dictus Ludovicus ulti-
mus possessor decepit, ejus filia Domina
Maria de Oliveira uxor Domini Didaci à
Menezes, à mensibus quatuor, & medio cō-
ceptum, & animatum habebat in utero fi-
lium legitimum postea natum, & vocatum
Dominum Ludovicum à Menezes, sicque
per eum, & alios fratres intermedios, &
absque sobole mortuos, dirivatum extat in
nostrum supplicantem, omne illud jus ac-
quisitum eidem Domino Ludovico origi-
nario posthumo, & ita quando hic loquimur
de eo, idem intellige de supplicante, vel è
contra cum ad intentum puriscentur.

³⁶⁴ Tertio, in successione maioratus ante om-
nia attenditur institutoris voluntas, & dis-
positio, ut omissis alijs apud nos est, Ord. 4.
tit. 100. §. 3. ibi: Porque, o que elle ordenar,
& dispuzer, se cumprirã. Unde primo vo-
catus præfertur, quamvis sit remotior des-
cendens, vel cognatus, ut ex L. cum ita §. in
fideicomisso, ibi: Qui nominati sunt, ff. le-
gat. 2. cum alijs recognoscit doctus suppli-
catus Patronus in sua responsione num. 4. &
clare probat Ord. dict. §. 3. Hinc est, cur sup-

plicans, & supplicatus sudant ad invicem, se
habere vocationem institutoris, & adverfa-
rum exclusionem.

³⁶⁵ Supplicans ait, se institutione extare vo-
catum uti masculum legi iuum descenden-
tem à Mendo Peres, & ab ultimo possessore
ejus avo in ejus linea verè intruncatus fuit
minoratus, per contrarium extare postposi-
tum, ipium supplicatum, uti transversalem,
filium sororis ultimi possessoris, cum secun-
dum ordinariam juris, & Doctorum tradi-
tionem, & ipsammet perpetuam naturam
minoratus, ille non transivit de linea posses-
soris ad aliam diversam, dum extat posses-
soris descendens, ut in terminis ex Cap. 1. de
natur. & success. feud. tradunt videndi no-
ster Franciscus à Sousa ad L. famina p. 1. à
num. 279. Gam. Valasc. Gabr. Pereir. Molin.
Castilh. Surd. Cyriac. & alij, cum quibus Se-
nator Sous. de Macedo decis. 16. num. 5. Olea
de cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 35. idem Castilh.
lib. 3. contr. cap. 15. à num. 52. Vbi advertit
fratrem non esse de linea alterius fratri,
cum quilibet suam constituat.

Deinde nos, ut non dubitatur, sumus in ³⁶⁶
casu, quo nullus est masculus descendens ab
alio fratre institutoris Ioanne Peres, nec ab
ulla ex sororibus institutoris Ouzenda Pe-
res, Maria Peres, vel Theresia Peres voca-
tis in institutione à fol. 7. cum seqq. & so-
lum concurrunt, supplicans, & supplicatus
uti descendentes à dicto fratre Mendo Peres
per feminam intermedium, & ad minus re-
cta linea dicuntur votati ab institutore, si
noster supplicans non est satis clare voca-
tus, in casu, quo versamur, dici debet omis-
sus, in quo institutor nullam fecit vocatio-
nem alicujus ex pertinentibus. Cum ergo
casus dicatur omissus, recurrentum est ad
ordinariam dispositionem, cum qua in
dubio, quilibet institutor se conformare vi-
detur, ut absque controversia fatentur Do-
ctores, & ipse supplicatus non ostendat no-
stri supplicantis exclusionem, nec expressam
vocationem, & præferentiam sui ipsius, ut
ex ipsa institutione maioratus patet, & clari-
lius infra demonstratur; fit evidens nullo
jure potuisse auferri maioratum à supplican-
te masculo legitimo descendente à Mendo
Peres, & ab ultimo possessore proximiore
contra aliam in materia expressam, & ordina-
riam regulam Ord. 4. tit. 100. §. 2. ibi: Suc-
cederão parente mais chegado ao ultimo pos-
suidor, sendo do sangue do instituidor. Et co-
siderando verisimilem mentem institutoris
(quamvis esset ordinarius homo, & multo
magis cum esset Archiepiscopus Hispania-
rum Primas, Princeps Ecclesiasticus, juris, &
equi-

æquitatis possessor, & observator, ut non dubitatur) potius, ut par est credere interrogatus, nunc responderet, quod in nostro casu, ubi nullus extat masculus ex masculis aliorum fratrum, vel sororum vocatarum, præferatur masculus directus, legitimus descendens à fratre Mendo Peres, & ab ultimo possesso^r, qualis est supplicans, & postponatur transversalis ultimi possessoris alterius lineæ, qualis est supplicatus: Nos enim, qui nunc vivimus, & judicamus, tene-³⁶⁹mur interpretare voluntatem mortuorum conformem juris dispositioni, & in sensu à prudentibus non reprobato, ut doctus supplicati Patronus recognoscit, & in terminis maioratus tradit Lusitanus Fragos. de regim. reipubl. p. 3. lib. 9. disput. 19. §. 4. a num. 2. & passim alij Doctores, & sane quilibet medio- criter prudens, durum, vel absurdum reputabit, quid in dubio, mortuo ultimo possesso^r maioratus, excludatur ejus directus, legitimus descendens, & proximior, in quo urgentius, & directa memoria illius conservatur, & præferatur transversalis ultimi possessoris, repugnante predicta ordinaria natura maioratus, & illa juris regula, ne fiat transitus de linea possessoris in aliam, & Ord. dict. lib. 4. tit. 100. §. 3. ubi proximior ultimo possessori præfertur. Item refragante decisione, vel ratione text. in L. liberorum 220. in fin. ibi: *Etenim idcirco filios, filiasve concipimus, atque edimus, ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus, ff. de verbor. significat.* Bonus text. in §. item *vetustas inst. de heredit. ab intestat.* ibi: *Sed cum nepotis, & pronepotis noncum commune sit utriusque, tam qui ex masculis, quam qui ex feminis descendunt,* & ibi: *Ne ijs, qui ex transversa linea veniunt, potiores ijs habeantur, qui recto jure descendant.* Et abhorrente, quod institutor excelsa dignitate, & cæteris virtutibus prædictus, voluisse se cum juris dispositione in casu à se non declarato conformare, igitur verus successor fuit ille nepos Ludovicus, & per eum, & cæteros intermedios, noster supplicans.

Non obstat à supplicato allegatum, quod 367 supplicans non est directus descendens masculus ex masculis Mendi Peres, sed per feminam intermedium filiam ultimi possessoris, cum tamen institutor vocasset Mendum, & suos solos descendentes masculos ex masculis, sive satis exclusisse supplicantem ex feminâ progenitum.

Imprimis cum supplicatus similiter solum descendat ab ipso Mendo per feminam transversalem ultimi possessoris, non possum

non mirari, cur supplicatus dicat voluisse institutorem masculos ex masculis dicti Mendi succedere debere, & non masculi ex feminâ illius, si ita esset, exclusus erat supplicatus, & in judicio, non debebat audiri cum libello in judicio, & petitione hujus mai- ratus.

Deinde receptissima differentia est inter casum, in quo institutor generaliter, absolute, & perpetuo exclusit aliquam personam, vel aliquod genus personarum, ut institutio nostra exclusit, & perpetuo inhabilitavit feminas, ibi: *Mando, que mulber nem habet de meu linhage, nem estranha, nunca seje berdeira na Oliveira, nem em eftes herda- mentos, &c.* Et inter casum quo solum excludit respective ad alias personas, quas prius resolvit preferre, in hoc ultimo enim casu, non est perpetua exclusio, & inhabilitatio, sed tamen temporalis prælatio concessa prius vocatis, at illis extinctis, cessat impedimentum, & cessari suo ordine succedunt, ne maioratus pereat, dummodo, qui pretendat succedere, sit aliis capax, & proximior ultimo possessori de sanguine institutoris, ut in terminis tradunt Gratian. forens. tom. 4. cap. 695. num. 17. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 17. per tot. & ibi addentes, Castilb. lib. 5. contr. cap. 143. §. unic. à princ. & passim Doctores. Et apud me expressa est Ord. 4. tit. 100. §. 3. ubi ait, fore prius observandum, quod institutor ordinavit, & sic preferendos, quos ipse prius vocavit, at quia, ipsis vocatis extinctis, durat maioratus in certis de sanguine institutoris, posuit Ord. inter eos regulas succedendi, v. g. quod succedit proximior ultimo possessori, qui sit de sanguine institutoris, item, quod inter æqua- les in gradu præferatur masculus, quamvis junior: item declarando, quando representatio admittatur, ut patet ex dicta Ord. 4. tit. 100. in princ. & §§. seqq. Hinc traditur à Doctoribus ad maioratum admitti suo ordine, & tempore, quemlibet de sanguine institutoris, quamvis sit in meliori gradu, ut cum pluribus tradit Barb. ad Ord. dict. tit. 100. §. 2. num. 6. & passim alij Doctores, plene institutio non exclusit absolute, & perpetuo masculos ex feminis progenitos, imo sa- piissime illos voeavit saltē in illis tribus generalibus vocationibus descendētium trium sororum institutoris Ouzendæ, & Theresiae Péres: igitur noster supplicans non habet exclusionem. Deinde isto quod in prima vocatione Mendi Peres vocasset tamen descendentes Mendi masculos ex masculis; & his extinctis statim prius vocasset masculos ex masculis alterius fratris Ioannis Peres, & sic simi-

similiter suo ordine in tribus illis generalibus vocationibus descendentium masculorum ex dictis tribus sororibus: Hoc inquam nullatenus fuit simplex, absoluta, & perpetua exclusio, vel inhabilitatio masculorum descendentium à Mendo per fæminam intermediateam: sed ad multum exclusio temporalis, dum durassent masculi directe descendentes ex masculis: at nos sumus in casu, quo nullus vivit, qui sit masculus descendens ex masculis prædicti Mendi, alterius ve fratri Ioannis Peres, vel trium illarum sororum institutoris: ergo noster supplicans uti masculus directus descendens à Mendo, & ab ultimo possessore, quamvis per fæminam intermediateam, non solum in nostro casu non est exclusus, imo admissus censemur, sicque evanuit allegatum contra eum.

370 Ad aliud fundamentum, quod sicut institutor post descendentes Mendi masculos ex masculis, voluit descendentes masculos suorum sororum Ouzenda, Mariæ, & Theresiæ Peres, & nullus masculus ex eis sit, ita hæc vocatio accòmodari debet in supplicato illustrissimo Christophoro de Almada uti masculo filio sororis ultimi possessoris ex illa receptione Doctorum sententia, quod ordo datus in primis vocationibus censemur repetitus in sequentibus.

371 Respondetur supplicatum non esse descendenter ab ulla ex tribus illis nominatis sororibus institutoris, nec ab ulla alia sorore ipsius institutoris, ut dicat, quod sicut institutor voluit masculos descendentes ab illis suis tribus sororibus: ita in defectum illorum voluisse masculum descendenter ex alia sorore ipsius institutoris.

372 Similiter nullus masculus descendens à Mendo, & ab ultimo possessore per fæminam extaret, tunc bene diceret supplicatus, fore admittendum uti masculum ex sorore ultimi possessoris, at in nostro casu adest supplicans masculus, legitimus descendens à Mendo, & ab ultimo possessore ejus avo, & proximior, & nullus vivit masculus descendens ex tribus sororibus institutoris, qui eum excludere intendat, quis ergo, quæso, ipsum supplicantem regeneravit, vel reproduxisse in verum filium masculum ex sorore institutoris, ut uti talis prætendant excludere supplicantem nepotem ultimi possessoris, habeatur, & fingatur uti genitus à suamet institutoris sorore. Si hoc merum mendacium est, & mera fictio, quis absque expressa institutoris, vel legis dispositione talem fictiōnem, vel mendacium introducere voluit in præjudicium tertij, nostri, scilicet, supplicantis masculi descendenteris, & proximioris

ultimi possessoris, contra receptas juris, & Doctorum traditiones, de quibus in L. si forte §. ibi: Veritatem enim spectamus, non quod quis finxit ff. Castrens. pecul. L. denique 19. ff. ex quibus causis juncta regula L. 2. §. merito ff. ne quid in loca publico cum similibus, ubi gloss. & scribentes, & in terminis Carranca de partu cap. 2. §. 4. num. 10. Giurb. instantis messan. p. 1. cap. 1. gloss. 4. num. 8. Valenzuel. cons. 23. à nam. 77. & passim alij Doctores.

Deinde illa traditio: Ordo datus in primis vocationibus censemur repetitus in sequentibus, fundatur in verisimili mente institutoris, & in partitione rationis inter vocationem, & casum expressum, & inter omisum ab institutore: quæ verisimilitudo, & paritas rationis deficiunt in præsenti supplicato, & potius assistunt supplicant: nam institutor vocavit masculos ex illis, tribus suis sororibus nominatis Ouzenda, Maria, & Theresa Peres, & nullibi expressit de descendente sororis ultimi possessoris, ut posset excludere descendenter masculum ab ultimo possessore, in cuius linea maioratus fuit intrancatus, ut solum ex institutione patet. Quo supposito, si nunc supplicatus propter id ipsum, quod est filius sororis ultimi possessoris, & propter conjunctionem sanguinis, quam dicta sua mater habuit cum ultimo possessore, deducit verisimilem mentem institutoris: cur verisimiliorem non deducit supplicans masculus legitimus nepos, proximior, & de actuali linea ejusdem ultimi possessoris, juvante etiam ad ipsum illo.

Propter quod unumquodque tale, & illud magis tale: & illo maior natus vincit minorem, &c. Iuncto quod si supplicatus non haberet illud essendi filium sororis ultimi possessoris, alia via maioratum prætendere non poterat, ut non dubitatur, verisimilis ergo credendum est de Archiepiscopo institutore, voluisse in nostro casu ab eo non expresso, se conformare cum ordinaria juris, & maioratus natura, & dispositione, secundum quas descendens proximior ultimi possessoris præfertur, nec de sua linea fit transitus ad aliam, ut supra jam notavimus, nec supplicatus est descendens institutoris, ut pro se allegare valeat decisionem L. cum avus ff. cond. & demonstr. cum similibus. Igitur supplicans, vel ille Dominus Ludovicus à Menezes legitimus est, vel fuit successor hujus maioratus.

Quare resecatis superfluis ad aliud recurrat fundamentum, nempe, quod ille originarius posthumus Dominus Ludovicus à Menezes tempore mortis ultimi possessoris ejus

eius avi erat in utero matris, & quod ipsa institutio vocat conditionaliter tempore mortis dicti ultimi possessoris descendenter masculum, legitimum, laicum, baronem cum repetitis verbis: A sua morte filio primo, secundo, leigo, & baro. Quae verba, & qualitates illarum videntur excludere in utero existentem, & requirere jam realiter natum in confirmationem hujusmodi: plura videntia ponderat doctus supplicati Patronus, & sapientissimi Senatores, qui pro eo sententiam protulere.

376 At salva eorum authoritate, jam anno præterito, quando hic processus ad aliud intentum, ad nostras pervenit manus, & nunc iterum, & multoties tota ipsa institutione considerata, & alijs pro supplicante adductis, non potuit acquiescere placito, & sententiæ ipsorum Senatorum: Imo secundum juris veritatem potius credo confirmandam debere sententiam Præsidis Curialis pro supplicante prolatam, ut & justè placuit meritissimo Senatori, ac Collegæ in sua deliberatione, sed quia in enervanda hac difficultate existentiæ in utero, totus, ut puto, vertitur cardo hujus contentiovis, & quamvis super ea tot utrinque eruditæ sint collecta, ut non de novo dicendi, sed eligendi videatur locus, tamen, ut magis, quod sentiam, declarém, præsuppono sequentia.

377 Primo, quando in casu occurrenti non ostenditur Lex, stylus, aut consuetudo nostri Regni, tenemur in materia nutritiva peccati judicare secundum sacros Canones omissis legibus imperialibus juris communis: ubi vero materia non fuerit nutritiva peccati secundum ipsas leges imperiales ob solam bonam rationem, in qua nati solent, ut totum clarius prescripsit Ord. 3. tit. 64.

378 Secundo, ille Dominus Ludovicus à Meneses tempore mortis ultimi possessoris ejus avi, erat in utero conceptus jam à mensibus quatuor, & dimidio, & extabat animatus, ut non dubitatur.

379 Tertio, ipse Ludovicus sic in utero animatus vere, & legaliter erat, & dici debebat, filius, homo, legitimus, laicus, & baro, seu masculus, ut clarius infra sigillatum demonstrabitur.

380 Quarto, ipse sic in utero animatus, secundum gravissimos Actores, poterat ante partum, signis, vel conjecturis cognosci, an esset masculus, pro quo doctus supplicantis patronus refert autoritatem Ancharrani, & aliorum, quibus adjicies Valenz. conf. 198. num. 91. melius Carranc. de part. cap. 1. §. 1. n. 38. ubi ad hoc ipsum refert Aristotel. & Valesium.

Quinto, ad minus interim, & in dubio est 381 præsumendum, quod sit masculus, vel quod utilius sit ipsi sic in utero existenti, ut in terminis tradit videndus Azved. L. 8. lib. 5. tit. 7. num. 8. novæ recopilationis, Giurb. de feud. cap. 118. §. 2. gloss. 12. num. 57. vers. quæ sententia, ibi: Sed quod fæmina nascatur, expectandus non est tristis eventus, & adverse fortunæ casus, L. inter spulantem 83. §. sacram ff. verbor. Castilh. lib. 3. contr. cap. 19. num. 207. ibi: In dubio extat, Valenzuel. dict. conf. 198. num. 91. juncto bono textu in L. 1. §. sed & si incertum sit ff. ventre in possessionem mittendo, & junctis generalibus regulis, L. qui in utero 7. & 26. ff. statu homin. L. antiqui 3. ff. si pars heredit. pet. cum similibus, in quibus antiqui prudentes semper in similibus voluerant prospicere libero ventri, &c. Iterum videndas Azvedo supra, ubi judicatum refert, imo aliquando favorabilior est causa partus in utero existentis, quam pueri, quam nati, ut ex dict. L. 1. §. & generaliter ff. illo tit. de ventre in possess. cum alijs, & gloss. Bart. Gratian. Carranc. & alijs tradit Valenzuel. dict. conf. 198. n. 88.

Sexto, attenta amplissima facultate testatoribus data per L. 12. tabul. ibi: Ut quisque legasset suæ rei, ita ius esto, licebat posthumo quoque alieno legare, & fideicommittere, &c. Et quamvis per medium jurisprudentiam, seu juxta Iurisconsultos Stoicos, seu Stoicæ sapientiæ sectatores, qui ipsum in utero existentem parum, aut nihil (minus bene, ut infra) reputabant hoc ipsum alterum esse: tamen Imperator Justinianus, & hoc emendavit, & tam institui, quam & legari posthumo alieno statuit, ut notant omnes per text. in §. posthumo quoque alieno, & §. posthumus autem alienus inst. de legat. principium inst. de bonorum possess. L. filius famil. 16. ibi posthumus ff. testament. bene cū alijs videndus Carranc. de part. cap. 2. §. 1. à num. 263. usque 266.

Septimo, ante Justinianum, & magis post 383 eum supra proxime, ipse in utero existens reputabatur natus, vel cum prærogativa nati, ut non immerito edocet Misericordia. videndus in §. cum autem num. 5. inst. de rust. in omnibus sibi utilibus, quæ integra in tempus nascendi ei reservabantur, ut absque discrepantia notant Doctores per L. qui in utero 7. & 26. ff. stat. homin. L. antiqui 3. ff. si pars heredit. L. quod diximus 231. ff. verbor. significat. L. cum inter 14. Cod. fideic. libert. cum similibus, & solum est conditio inhærens, quod vivus nascitur, juxta L. is cui 18. in fin. ff. quando dies legat. cum similibus, de quibus cum Accurs. Balduin. Pinel. & alios notat

Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX.

169

notat Carranca supra dict. cap. 2. §. 4. an. 49. & passim alij Doctores: ratio dictae hēcōnis, vel prærogativæ nati, traditur ab eodem Carranc. dict. §. 4. n. 13.

384 Octavo, hēc ipsa prærogativa nati quoad utilia habet locum etiam, ut succedat posthumus in universo Regno, sitque Rex illas exclusis cæteris, quos excluderet, si mortuo Rege natus esset, ut in terminis tradunt cum Gregor. Lop. & Giurb. in statut. Messan. p. 1. cap. 1. gloss. 4. num. 86. optime cuim varijs exemplis Valenzuel. dict. conf. 198. à num. 89. cum seqq. Vbi observarunt ipli Regi adhuc in utero existenti, juramentum, & homigium præstandum: imo, & coronam ventre fuisse impositam, & quod magis est, & ad nostrum casum valde reprobabile, idem Valenz. supra num. 9. ex pluribus notat idem esse, quinvis ad Regnum solus masculus vocetur, & fæmina excludatur, ut apud Frances. & Persas idem Valenz. n. 99.

385 Nonno, ipsa prærogativa nati, & regul. dict. L. qui in utero cum similibus, habet locum, non solum in successionibus legitimis ab intestato, sed & in dispositionibus testamentarijs, v.g. fideicommissis, & similibus, ut est expressa sententia Accurs. in dict. L. qui in utero 26. verbo legitimæ, ibi: Idem est de testamentarijs, ut inst. de bonor. possess. in princ. & ff. de testament. L. filius familiæ 6. §. posthumus, quibus tamen adiunge L. fin. ff. ventre inspicio, L. Nerationis 7. ff. man. testam. L. is cui 18. ff. quando dies legat cedat cum similibus, tradunt, & sequuntur id ipsum cum alijs Peregr. de fideicommiss. art. 22. num. 72. Fusar. de subst. q. 2. 18. num. 35. & similiter referendo Molin. Manic. Intergril. Petr. de fidet. & alios noter Aug. Baribus. tract. de verbis appellativis verbo filius num. 10. & 11. Et hoc ipsum tenent Doctores, qui posthumum admittunt ad succendum in maioratu, & in testamento, & similibus institutio, de quibus infra, & cum sit opinio Accurs. juribus, & Doctoribus stabilita, sine dubio ut Lex apud nos servanda est propter Ord. 3. tit. 64. §. 1. & adeo conceptus admittitur in fideicommissis, & similibus, ut fore admittendum, quamvis testator hoc modo vocasset filios procreatōs, ex alijs Doctoribus resolvit Fusar. dict. q. 318. n. 50. juncto n. 55.

386 Decimo, magis accedendo ad nostrum casum, dict. regul. L. qui in utero cum similibus habet locum in successione maioratus, taliter, quod in hoc Regno contrarium judicari nequeat, nisi institutor clare contrarium disposerit (tunc succedet alia Ord. 4. tit. 100. §. 3. ibi: Porque o que elle dispuzer se compri-

Pars II.

ra) & supra dictum patet, quia non solum regulæ dict. D. qui in utero cum similibus inventur generalis, sed Accurs. ut ibi proxime, eam intellexit in dispositiōib⁹ testamentarijs, & nostra Ord. dict. lib. 3. tit. 64. §. 1. Jub. 387 & beo judicare secundum opinionem Accurs. quando non inveniatur communiter reprobatiss per moderniores Doctores, & lectis ipsiſmet Doctoribus non reprobant Accurs. imo eum admittunt in successione maioratus, ut cum pluribus recognoscunt meritisim Senatores in suis deliberationib⁹ hujus processus, & nos statim multos refereamus, & quotidiana iudiciorum praxis testatur.

Hispani in suo Regno Castellæ, in quo 387 viget Lex 45. Tauri transferens ipso jure possessionem maioratus mortuo ultimo possessore in sequentem legatum successorem, quod & translata censeatur in ventrem, seu in utero existentem, inquam, si vere jam natus esset uti legitimū successorem transferetur, ut in terminis resolvant Mier. de maiorat. p. 3. q. 2. Greg. Lop. lib. 3. tit. 23. part. 4. gloss. 1. Molin. de primog. lib. 3. chap. 12. n. 24. & ibi ejus additionatore, num. 15. Molin. de just. tract. disput 6; 6. num. 4. Castilh. lib. 3. controversial. cap. 19. num. 207. Azeried. L. 8. lib. 5. num. 7. & 8. novæ recopilat. Aventano respons. vel cons. 28. Paz de tenua tract. 2. cap. 68. à num. 18. Tiraq. & alij cum quibus Carranca de parin cap. 2. §. 4. n. 41. & 51. Giurb. in stat. messan. p. 1. cap. 1. gloss. 4. num. 84. melius in tract. de feudis cap. 118. §. 2. gloss. 12. num. 57. ubi & pro hoc refert Gutierr. Lar. Anton. Fab. & alios Villa Diego in sua politica tit. forma de libel. 11. num. 160. Narbona, & alij, cum quibus Olea do cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 26. Valenz. conf. 96. Vbi clare sentit, vel resolvit posthumum succedere in maioratu, ad quem soli masculi vocantur, & solum quantum ad translationem possessionis ait, quod prius examinetur, an mulier vere prægnans sit, ut in ventre translata declaretur juxta L. 1. ff. ventre inspicio, idem Valenz. conf. 198. n. 106. & 116. Imo (quod multum notabile est, ad nostrum casum) quando Doctores statim referendi resolvant posthumum succedere in maioratu, & possessionem in eum censi translatam, quamvis à successione maioratus fæmina excludatur, & solus masculus vobetur, & solum gravant, quid ex parte ventris detur interim cautio restituendi fructus interim perceptos, si posterum fetus non nascatur, & Valenzuel. supra solum cum alijs sentit fore prius examinandum, an vere prægnans sit, ne cavilose nomine ventris,

K

deti-

Tractatus de Exclusione, Inclusione,

detineatur possessio, & prædictum successio-
nis posthumæ, & translationis possessionis, in
hoc ipso casu, quando solus masculus voca-
tur, resolvunt, quamvis in contrarium in-
stet sequens jam natus, agnatus, masculus, ut
satis resolvunt *Micr. Castib. Villa Diego su-
pra, Giurb. de fœd. supra dict. §. 2. gloss. 12. n.
57. Carranca supra dict. num. 51. Valenzuel.
supra, Avend. & alij, cum quibus Olea supra,
Azevedo supra, ubi judicatum in magna cau-
sa ait, & idem refert Giurb. supra proxime,
ubi & Gutiern. &c. alios citat. Nec juste quis-
quam arguet prædictos Doctores affirmare
in ventrem, vel posthumum transferri pos-
sessionem virtute dictæ L. 45. Tauri, quia in
vocationibus legis, & in utero conceptus ad-
mittitur, quamvis solus masculus ad suc-
cessionem maioratus ab institutore vocetur, ex
hoc tamen non collegi sentire ipsos Do-
ctores, succedere posthumum in prædicto
maioratu, ubi similis Lex non detur, prout
non datur in nostro Regno, ut alias visus
fuit distinguere eruditissimus Senator inter
vocationes legis, vel institutoris in delibera-
tione fol. 1020.*

388 Nam quod primo supponunt, & sua men-
te resolvunt prædicti Doctores, est, quod in
tali maioratu est legitimus successor ipse in
utero conceptus, qua legitimitate successo-
ris præcognita, & præhabita; tunc subin-
travit particularis illius Regni Castellæ, &
L. 45; disposicio, quæ Lex circa legitimum
successorem præsupponendo ipsummet le-
gitimum, solum de novo addit translatio-
nem possessionis in eum ipso jure, ut sunt
clara verba dict. L. 45. Tauri relata à Gom.
ibi: *En el sequente en grado, que segun la
disposicion del mayorazgo deviere suceder en
el, &c.* Et singulis Doctoribus considera-
tis, qui de prædicta Leg. 45. agunt, illum
successorem, in quo habere locum resolvunt,
prius, uti necessarium antecedens, esse legiti-
mum, & quia alias sucedit in maioratu, vo-
lant, & resolvunt, qui enim vult consequens,
& necessarium ejus, antecedens velle vide-
tur, L. ad rem mobilem, L. ad rem legatam
ff. procuratorib. cum vulgaribus: sit ergo, ip-
sos, &c. alios Doctores tenere, succedere in
utero conceptum, quamvis institutor à suc-
cessione exclusisset fæminas, & solos vo-
luisset masculos, & multo magis tenerent in
nostro casu, ubi ille nepos Ludovicus ulti-
mi possessoris, jam erat animatus, & sic ho-
mo, legitimus, laicus, baro, vel masculus, ut
jam supra, & clarius infra.

389 Quod autem non noceat posthumo, ut
succeedat, quod institutor vocet masculum, &
ex sequentibus ostenditur.

Nam imprimis non invenitur Doctor ple-
næ authoritatis excludens posthumum ex
eo solo, quod institutio, non fæminas, sed
masculos vocat, per contrarium tenent tres
proxime, relati Doctores, qui magnæ sunt
authoritatis, & non solum legitimum suc-
cessorem sentiant, sed & in eum translataam
censi possesionem, cum alias in ordinaria
illius acquisitione, animus, & corpus, ex par-
te acquirentis desideretur.

Secundo, considerata generali dispositione
dict. L. qui in utero cum similibus indistincte
loquuntur, nulla facta differentia, quando
vocantur fæminæ, vel soli masculi, imo ma-
gis procedunt, quando solus masculus ad-
mittebatur, nam loquuntar de legitimis hæ-
reditatibus, ad quas taltem ex L. 12. tabular.
soli agnati vocabantur, &c. & Accurs. ciare
prædictam L. qui in utero dispositionem,
qualiter intellexit in testatoris dispositioni-
bus, & est à Doctoribus approbatus, & ita se-
cundum cum in hoc Regno judicandum
juxta Ord. 3. tit. 64. §. 1. ergo potius suc-
cident regulæ, ubi Lex non distinguit, nec nos
distinguere debemus. Lex generaliter lo-
quens, generaliter debet intelligi, L. non di-
stinguemus 32. ff. receptis arbitris, L. de pre-
cio ff. publicana actione, maxime quando
nulla concludens ratio differentiae appareat,
quod sufficit, ut non removeatur posthu-
mus, ex eo quod soli masculi vocantur, L. il-
lud 31. alias 32. ff. ad Leg. Aquil. cum simi-
libus.

Tertio, in omnibus fere maioratibus, vel
expresse institutores vocant, & præferunt
masculos, vel quamvis omittant, ad ipsum
intelligitur, quamvis in æquali gradu masculi
sit junior juxta Ord. 4. tit. 100. §. 1. &
tamen illa communissima Doctorum senten-
tia, & praxis regulariter, & generaliter ad-
mittit posthumum ad maioratum, ergo vel
talis Doctorum sententia erat reprobanda,
quod esse non poterat propter Ord. dict. lib.
3. tit. 64. §. 1. jubentem sequi opinionem
Accurs. vel æqualiter admittenda, quamvis
institutor solos masculos velit successores:
nec perturbat, quod interim ignoramus, an
in utero sit masculus, nam ultra quod, ut su-
pra notavimus num. 16. quod vel signis cog-
nosci ante partum potest, vel ad minus inte-
rim presumendum est, quod est masculus,
vel quod ipsi in utero existenti utilius fue-
rit. Deinde si per contrarium solæ fæminæ
ab institutore vocentur, utique excludere-
tur in utero conceptus, cum interim incer-
tum etiam sit, an fæmina nascatur (cum, &
in dubio præsumatur masculus, ut supra)
plene non vidimus Doctores, ullamve sen-
tentiam

tentiam judicialem, quæ tali casu posthumum excludat, igitur nec excludi debet posthumus masculus, & si utroque casu utriusque excluduntur, nimis restricta sit regula generalis dicitur L. qui in utero, & indistincta opinio Doctorum, & Accursi. eam ad dispositiōnem necessariam ampliant. Nec satisfacit, quod poterit verificari, quando nec solus masculus, nec sola fæmina vocantur, sed quilibet, vel sit masculus, aut fæmina, quasi tunc non sit considerabilis nostra incertitudo, an in utero existens sit masculus, vel fæmina, cum quilibet nascatur, succeedendi capax sit. Nam & tunc illud statim repræsentatur inconveniens, v.g. si jam nata sit filia, & postea matre prægnante, pater, vel possessor majoratus decessat, utique hoc easu filius masculus in utero excludetur, cum ejus soror dicere adversus eum posset, non sumus in casu, quo ego senior fæmina per solum fratrem masculum excludi possum: plane admittere tales ineptas distinctiones es-
set occasionare absurdā, innovare lites, & vel planam, & indistinctam regulam dicitur L. qui in utero, & receptas Doctorum senten-
tias, igitur, &c. Præterea, si illa considerata incertitudo apud nos, an masculus, vel fæmina nascetur, noceret posthumo, vel posthumæ, utique, & in maiori, quo mas-
culus, vel fæmina succedere possunt, alia versatur incertitudo ipsius in utero existen-
tis, an nascatur, & an nascatur monstrum,
&c. & sic omnino excludebatur facultas suc-
cedendi in utero conceputus, ut eruditè in
terminis notat videndus Azevedo dicitur L. 8.
lib. 5. tit. 7. num. 8. novæ recopilat. & cum
alijs judicatum refert. Ulterius, quando ultimus hujus majoratus possessor decessit, in-
certitudo considerata, an Dominus Ludovicus ejus nepos in utero tunc existens, esset
masculus, vel fæminæ, non erat incertitudo
omnimoda, sed tamen quoad nos, qui per
signa, vel indicia penetrare non voluisse-
mus, an masculus, vel fæmina esset. Similis autem
incertitudo, tamen quoad nos, & quæ om-
nimoda non est, non nocet, ut in terminis, &
magno majoratu judicatum refert Azevedo
supra proxime. Accedit, quod attenta rei
veritate, prædictus Dominus Ludovicus,
quando ejus avus diem clausit extremum,
jam erat animatus, ut à mensibus quatuor,
& dimidio conceputus, & ita jam extabat, &
dici poterat filius, homo, legitimus, laicus,
baro, vel masculus, ut liquido subsequitur
nativitas detegit, & supra notasti, & infra
clarius demonstratur, & sic, tamen, quoad nos
versabatur incertitudo, plane talis incerti-
tudo secundum jus non nocet cum rei veri-
tate.

Pars II.

tas attendatur, L. cum ad præsens 37. cum
seqq. ff. si certum petatur §. conditiones, quæ
ad præsens inst. verbis. cum similibus, notat
in terminis nostris Azevedo supra dict. n. 8:
nec contemni debet exemplum relatum à
supplicantis patrono in haec supplicatione
fol. 29. ex Mieres ibi relato, quando v.g. mor-
tuo ultimo possessor, immediatus successor
in veritate vivit, nos vero, quia in die, vel si-
ne mundi est, ignoramus, poteritne dici no-
stram incertitudinem ei nocere, quo minus,
si postea appareat, admittatur, minime qui-
dem: igitur & admitti debebat Dominus Lu-
dovicus, quem jam talem fuisse nativitas
detegit. Corrobatur, quia magis nocet
difficultas, vel impossibilitas in contracti-
bus, quam in ultimis voluntatibus, cum haec
rejecta impossibilitate sustineantur, contra-
ctus vero corruant, L. non solum 30. ff. actionib.
& obligat. L. obtinuit 3. ff. conditionib. &
demonstr. cum similibus, notat in terminis
majoratus Molin. de primog. lib. 2. cap. 12.
num. 34. Molin. de just. disput. 206. ¶ 611.
num. 2. Et passim alij, & tamen si partes con-
veniant sub conditione de præterito, vel præ-
senti, ab eis penitus ignorata, & de facto sal-
tem impossibilis, quod statim sciatur ab eis:
nihilominus, si attenta rei veritate, vera est
ipsa conditio, non moratur obligatio, & sta-
tim ipsi contrahentes adstringuntur juxta
dict. L. cum ad præsens dicitur §. conditiones, quæ
ad præsens cum similibus. Ratio est, quia licet
inter se contractum facere, vel non facere,
sit quid facti, & in potestate contrahentium,
L. consilio 7. ff. cura ore furiosi, L. sicut Cod.
de obligat. & actionib. cum similibus, ipsa ta-
men obligatio à contractu, quem celebrare
volvere, resultans est juris, & juxta princip.
inst. de obligat. ibi: Obligatio est juris vincu-
lum, qua necessitate adstringimur, &c. Unde
cum apud ius, ipsamque legem, omnia cer-
ta sint, quæ revera ita se habent, licet à no-
bis ignorentur, merito ipsa Lex statim obli-
gat prædictos contrahentes, quando adjecta
conditio in se vera est, plane noster majora-
tus non in contractu, sed per testamentum
institutus extat à fol. 6. vers. & quamvis in
potestate fuit institutoris, illum non susti-
nere, vel ab ejus successione excludere hunc,
vel illum, tamen ubi constituit majoratum
perpetuum de uno in aliud, & moritur ulti-
mus possessor, subintrat Lex, & sua virtute
desert jus succedendi sequenti legitimo suc-
cessori, Olea de cess. iur. & act. tit. 3. q. 4. n.
13. ibi: Statim actu veloci legis, &c. Lar-
rea 2. p. decis. 51. num. 32. & decis. 52. num. 6.
Salgad. in labyrinth. creditor. p. 2. cap. 9. num. 6.
& cap. 14. num. 15. Molin. de primog. lib. 3.

K ij

cap.

cap. 10. num. 6. & 35. Et passim alij, ut similiiter in potestate testatoris erat, non legare rem Titio, ubi tamen legavit, ipsa Lex à morte testatoris transtulit dominium rei legatae in Titum, quamvis ignorantem, L. à Titio 66. ff. de furt. L. cum filius 79. §. surdo, & muto ff. legat. 2. cum similibus, ubi Gloss. & sribentes, Gom. 1. var. cap 1. num. 6. vers. & cap. 12. num. 7. ubi Aylon, Pichard. in § si eadem res num. 62. inst. de legat. Nil ergo mirum in nostro casu, quod Lex detulisset successionem hujus maioratus, mortuo ultimo possessore, illi Domino Ludovico à Menezes ejus nepoti, masculo, laico, legitimo, & proximiori, de lineaque actuali iphius possessoris, cum attenta veritate talis tum temporis jam esset, & animatus in utero, & Lex prædicta sciret, licet à nobis ignorata, ut ultra dicit. L. cum ad præsens 37. dicit. §. conditiones, quæ ad præsens, cum similibus, & quæ de certitudine legis scientiae cum bonis exemplis tradunt Olea tit 3. q. 4. num. 43. Gom. L. 45. Taur. num. 111. vers. quinto. Pichard. in §. fin. num. 14. inst. de hæred. qualit. Greg. Lop. lib. 3. tit. 23. part. 4. gloss. 1. Carranca de partu cap. 2. §. 1. num. 263. & passim alij. In individuo nostri casus, etiam ipsa & dicitur certa ejus, qui in utero est, antequam nascatur, ut est bonus recte ponderatus in L. cum quidam 30. §. suum hæredem ubi gloss. summarium, & alij sribentes ff. acquirend. hæredit. Olea supra dicit. num. 43. Vnde, nec ex parte nepotis Ludovici, quando ejus avus ultimus possessor deceperit, deficiebant (attenta rei veritate) qualitates desideratae in institutione, v.g. filio, lidimo, leigo, barom, nec ex parte legis dabatur ignorantia, vel incertitudo illarum, quo minus ipse Ludovico jam animato in utero non detulisset successionem hujus maioratus, quam absque ulla dubitatione haberet, si jam realiter esset natus, præsertim, quando per ordinariam, & generalem regulam dicit. L. qui in utero, cum similibus, & receptam Accursij sententiam in legalibus, & testamentariis dispositionibus utilibus posthumo, pro nato, vel cum prærogativa nati ille habeatur, & quando noster institutor contrarium tamen disposuit in nostro casu, ut statim elucidabitur.

His omnibus suppositis, & consideratis, 392 resolvo, quantum ego intelligo, verum, & legitimum successorem hujus maioratus fuisse Dominum Ludovicum à Menezes, qui tempore mortis ultimi possessoris ejus avi, erat in utero conceptus à mensibus quatuor, & dimidio, & sic jam animatus.

393 Primo, quia Ludovicus, sic in utero conceptus, & animatus, jam erat filius, homo, le-

gitimus, laicus, baro, vel masculus, ut clarus infra. Item erat directus descendens à Mendio Peres fratre institutoris, & nepos, masculus, legitimus, descendens, & proximior ultimi possessoris ejus avi, in cuius linea maioratus fuit intruncatus, de qua possessoris linea, in aliam non fit transitus. Item erat, qui pro se verisimiliorum mentem institutoris habebat, quam supplicatus, qui erat transversalis ex sorore ultimi possessoris, & alterius lineæ, in quibus terminis ex regula Ord. 4. tit. 100. §. 2. ibi: Mais chegado ao ultimo possuidor, &c. cum similibus, & ex receptissimis juris, & Doctorum sententijs, de quibus supra à num. 4. cum seqq. in dubio, quilibet institutor, & multo magis noster, se videtur conformare, prædictus Ludovicus erat legitimus successor nostri maioratus, ut & absque ulla dubitatione justa, succederet, si jam natus esset, quando ultimus possessor ejus avus deceperit. Præsertim, quia regulariter (ubi contrarium institutor non disposerit) is, qui in utero est, tempore mortis ultimi possessoris, succedit in maioratu, quavis de successione illius excludatur fæmina, & solus masculus vocetur, cum interim, & quod sit masculus, vel quod utilius fuerit ipsi in utero existenti, presumendum sit juxta supra tradita à n. 22. cum seqq.

Et ulterius, quia noster casus, in quo versamur, saltem erat dubius, & uti talis judicari debebat per ordinariam juris regulam, ut ex L. commodissime ff. de liber. & posthum. cum similibus, tenent absque dubio, imo vulgariter DD. Plane ordinaria regula sic ab Accurs. & cæteris Doctoribus intellecta, & recepta, & ob id in hoc Regno omnino secunda propter Ord. 3. tit. 64. in princ. & §. 1. admittit regulariter posthumum ad successionem maioratus, ut & supra notasti ad num. 22. ergo præsens lis decidi potius debebat pro Ludovico originatio posthumo, & in consequentiam ex dirivato iure pro supplicante, & nullatenus pro supplicato; sufficit enim cuilibet, pro se habere regulam, dum contra eum clara, specifica, & sufficiens non ostenditur limitatio, quamvis adversarius sit alias persona multipliciter privilegiata, ut est optimus text. in L. in frandem 16. in fin. ibi: Qui generalis est ista determinatio, ff. de testam. militis, Accurs. Bart. Tiraq. Molin. Menoch. Cald. & plures alij, cum quibus videndus noster Aug. Barbos. in rubr. de regul. iur. lib. 6. à num. 1. cum seqq. Vbi bene ampliat semper in dubio pro regula judicandum, dum in contrarium clara non ostenditur limitatio, &c.

Rectat, an institutio hujus maioratus ex- 395
presse,

presse, vel tacite in nostro casu limitasset illam regulam contra supplicantem, vel Ludovicum originarium posthumum.

398 Sed quia ad id, & similia tota ipsa scriptura legenda, & consideranda est, ut ex I. Mævia 44. ibi: *Totius scripturæ ff. man. testamētum. & D.D. notat noster Mend. in præxi lib. 3. cap. 15. num. 14. juncta L. incivile 14. ibi: Nisi tota lege perspecta, ff. de legibus cum similibus.* Ego non semel, sed sæpius inveni limitationem, ut posthumus noster excluderetur. Primo, quia nulla in ea inventantur verba, quibus institutor expressisset, se noluisse succedere in suo maioratu ipsos existentes in utero tempore mortis ultimi possessoris, vel quod soli succedant, qui illo tempore jam essent realiter nati: imo nec in ipsis multiplicatis vocationibus, & substitutionibus filij, nepotis, & aliorum descendientium addidit ullum verbum, *nascido, ou nascidos*, ut ex hac saltem simpliciter prolatæ additione, *nascido, ou nascidos*, deduceretur aliquod argumentum exclusionis contra existentes in utero. Considerate, quæso, institutionem à fol. 6. & meretissimum Collegam, ejus verba ad intentum ponderantem in deliberatione à fol. 1033. junctis quæ doctus supplicantis patronus pro hoc ipso tradit. Secundo noster institutor non fuit vulgaris homo, sed Bracharensis Archiepiscopus Hispaniarum Primas, Princeps Ecclesiasticus, juris, & æquitatis cultor, & observator, ut non dubitatur, & ut talis manifestebat in utero existentem admitti ad maioratum secundum ordinariam, & receptissimam juris, & Doctorum sententiam, nisi institutor clare excludat ipsos posthumos, & tamen iterum, & sæpius lecta institutione, eos non exclusit, cum facile posset id ipsum exprimere: ergo in utero existens, non tam exclusus, quam vocatus ab ipso institutore dicendus erat, maxime quia institutor, ut ex institutione patet, acordatissimus, & vigilans extitit circa omnes, & singulos successores in futurum, expressando statim plurimas vocationes, & substitutiones, tam generales, quam magis particulares. Item excludendo generaliter omnes fæminas, & etiam filios, omnesque descendentes sui primi fratris Mendi Peres, quos suscepit à Guimare Munis, ejus tum temporis vivæ uxoris, declarando simul, solum voluisse descendentes ejusdem fratris Mendi Peres, quos ex alia postea legitima uxore suscepit, & tandem alia plura prudenter, & minutatim disposuit, quin in ulla parte institutio-

Pars II.

nis addidisset, voluisse pro successore ipsum in utero conceptum, vel solos voluisse, qui tempore mortis ultimi possessoris jam essent realiter nati, nec (quod magis est) simpliciter ullum filium, nepotem, aut descendenter cum additamento, *nascido, ou nascidos*, vocavit: igitur institutor potius voluit in utero conceptos; præsertim, quia ipse institutor expressit quinque generales vocationes successorum ad hunc maioratum. Primum, illius fratris sui Mendi Peres, & omnium ab eo descendientium masculorum ex masculis, qui non essent à dicta uxore Guimare Munis. Secundum, generalem vocationem fecit de filio, nepote, & cæteris descendientibus masculis ex masculis alterius fratris Ioannis Peres. Tertiam, quartam, & quintam similes generales vocationes descendientium masculorum ipsarum trium sororum Onzenda, Mariæ, & Theresiae Peres, & in ipsis quinque generalibus vocationibus alias multas fecit magis particulares filij, nepotis, vel alterius descendensis cuiuslibet ex dictis quinque fratribus, & sororibus; sed tamen in nullo successore addidit, vel requirit, quod esset jam natus, sed solum, & ad multum declaravit, ibi: *Filho lidimo, leigo, barom*: cur ergo excludi à maioratu potuit Ludovicus in utero conceptus, & animatus, qui vivus, & capax natus fuit, & quem ob id solum, quod tum temporis in utero erat, institutor *ou* exclusit, & jus ipsum vocat pro legitimo successore, & quem idem jus, eademque Lex non ignorabat, jam esse in veritate, filium, hominem, legitimum, laicum, & baronem, vel masculum, ut jam supra ex scientia, & certitudine legis notavimus, & infraclarus.

Accedit, quod institutor noster habuit intentionem ad nascituros, dum perpetuum voluit maioratum, & successores in illo, dum futuros descendentes illorum quinque fratrum, & sororum voluit, & magis respectu descendientium fratris Mendi Peres, à quo solo descendunt noster supplicans, & supplicatus, nam cum illo tempore esset uxoratus cum Guimare Munis, declaravit, statim voluisse ad hunc maioratum descendentes à predicta Guimare, sed illos, quos ipse Mendus postea ex alia uxore legitimos habuisset, ut patet in institutione, junctisque ad intentum ex Parisio, Succino, Peregr. & alijs tradit Fusar. de substit. q. 318. nūm. 92. & 93. Plene quando institutor habuit intentionem ad nascituros, facilius admittitur in utero conceptus, Peregr. de fideicommiss. art. 22. & num. 72. Molin. Menoch. Inter gliol. Paris. Petra, & alij, cum quibus August. Barb. tract. de

K iij

verbis

verb. appellativ. verbo filius num. 10. &c. i. i.
Fusar. dict. q. 318. num. 11. 35. & n. 50. junct.
num. 55. Adeo, ut in illa quæstione, an con-
ceptus, & natus post mortem ultimi posses-
soris, & jam acquisitum maioratum ei, qui
tum temporis proximior extabat, talis sic po-
stea conceptus, & natus uti proximior possit
auferre maioratum ab ipso proximo. In hac
inquam quæstione ultra quod aliqui Do-
ctores simpliciter admittunt omnes fere Do-
ctores, quando institutor habuit intentio-
nem ad nascituros, ut in terminis resolvit
Grivelo decis. 108. num. 2. & novissimis de-
cisionibus in fine tractus Blasij Michalorij
de duobus fratribus decis. 8. num. 10. ubi re-
fert Peregr. dict. art. 22. à num. 73. usque 76.
Surd. & alios Doctores, & judicatum, &
decis. 10. num. 13. & 14. Ubi Doctores, & est
recepta limitatio in p̄dicta quæstiones ma-
gis ergo admitti debebat Ludovicus, qui in
ipsomet tempore mortis ultimi possessoris
ejus avi, & quando lex successionem defer-
re volebat, jam extabat in utero à mensibus
quatuor, & dimidio animatus, & in veritate
jam erat filius homo, legitimus, laicus, baro,
seu masculus, quæ solæ ad multum fuere
qualitates desideratae ab institutore in futu-
ro successore, quas qualitates adfuisse illo
tempore in Ludovico ipsa Lex non ignorabat,
ut ex L. cum quidam 30. §. nunc hæredem
ff. acquir. hæredit. & Doctorib. ibi notavi-
mus, & in fortiori casu notat Olea videndus
de cœss. jur. tit. 3. q. 4. num. 43. ubi ait, Legem
esse ex nunc jam certam ejus, qui concipiendus
est: igitur, &c. Et tandem facit, quod re
adhuc integra, vel pendente lite super hoc
maioratu, vivus, & capax natus fuit Ludo-
vicus, & facilius debebat admitti, Flor. ad
Gam. decis. 27. num. 4. Olea de cœss. jur. dict.
tit. 3. q. 4. num. 24. & 25. Et ipsa nativitas Lu-
dovici eum talem jam antea, quando vocavit
maioratus, extare, non per fictionem retro-
tractivam, quam per solam declarationem
quandam, vel detectionem demonstravit, ut
bene in terminis notat Giurb. ad stat. Mensan.
p. 1. cap. 1. gloss. 4. num. 96. ibi: Cumque fictio
hac declarativa sit potius, quam inductiva
extremi illius habitantem non requirit, &c.
text. in L. hæredes palam 22. §. si quod post
factum testamentum, ibi: Nihil enim tunc dat,
sed datum significat, ff. de testament. L. adeo
7. §. cum quis, ibi: Cum enim grana, quæ
spicis continentur, perfectam habeant suam
speciem, qui excusfit spicas, non novam spe-
cierum facit, sed eam, qua est dicit, ff. acquir.
rer. domin. cum similibus. Ergo legitimus
successor fuit Ludovicus, & nullatenus ex-
clusus ab institutore, nec etiam tacite per

qualitates desideratas in successore, ibi: A sua
morte filio primo didimus leigo, baronem &
singulas per contramus, Valenz confit. q. 2. n.
137. cum seqq. Ubi ex alijs Doctoribus be-
ne notat, quod declaratio retrahatur ad
tempus actus declarati, & c. id. pp. 14. 20.
21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33.
Quantum ad illa verba à sua morte sa-
vidi. id. 20. p. 13. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33.
Quod per ea institutor non induxisset co-
ditionem, conantur ostendere doctus se p̄pli-
cantis patronis, & eruditissimus Senator in
sua deliberatione, eos vide, dum exponunt
ipsa verba à sua morte, propter alios respe-
ctus ibidem enumeratos suisse per instituto-
rem exhibita. At esto, quod conditionaliter
intelligantur ipsam conditionem habendi, vel
non habendi filium tempore mortis imple-
to, vel defecit per existentem in utero, non
solum ad succedendum in legato, vel si dei-
commissio juxta L. is cui. 18. ff. quando dies
legat, cum similibus, sed ut ipsa libertas inoxi-
stimabilis, & omnibus rebus favorabilior,
L. libertas 16. & 17. ff. regul. jur. impedia-
tar, L. Neratius 7. ff. man. testament. ubi
& invenies illa verba cum moriar, quibus affi-
milantur illa à sua morte: nequaquam in-
terest in dict. L. Neratius, non suisse datam
libertatem sub conditione: habendi filium
cum moriar, & verificetur conditione, ut im-
pediat in dict. L. Neratius. Magis ergo in
utero conceptis verificabit ad successionem
maioratus sui ipsius utilis, & favorabilis, cui
per jus, & receptam Accurs. & Doctorum
sententiam omnia commoda integra ei con-
servantur, ut supra, & multo magis implevit
conditionem ille Ludovicus jam animatus,
sicque filius homo, &c. ut infra.

Quantum ad verbum filio neto.

Negari juste nequit, in utero existentem,
& jam animatum non esse, nec dici posse fi-
lium ad intentum successionis maioratus, &
similium, nam nullus appetet Doctor, qui ex
hoc, quod institutor vocat pro successore fi-
lium, nepotem, &c. excludat in utero con-
ceptum, & animatum tempore mortis ultimi
possessoris: imo satis clare ex mente om-
nium admittitur, ut ex his patet, alias clau-
ditur via, & impracticabilis est illa receptissi-
ma sententia, quod posthumus succedit in
maioratu, quam nos observare tenemur
propter Ord. 3. d. tit. 64. §. 1. ut jam supra non
semel notavimus. Accedit, quod si intue-
mur iuris regulas, expressa est illa, non vi-
detur sine liberis deceſſile, qui prægnantem
uxorem

uxorem reliquit: item alia regula juris, intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in utero relictus est, L. si quis prægnantem 148. ff. regul. jur. L. intelligendus 153. ff. verbor. signif. cum similibus. Item alia regula, nomen filiarum, & in posthumum cedere questionis non est, L. nomen filiarum 164. ff. verbor. significat. hinc Vlpijan. in L. si quis filiabus 5. ff. testament. tutel. & Iustitiae. in §. si quis filiabus inst. quod testamento tutores dicunt, tutor datus filiis, vel filiabus, posthumo, & posthumæ datus videtur, ea statim adhibita ratione, ibi: *Quia filij, vel filie appellatione, & posthumus, & postuma continetur, gloss. & Doctores in dictis juribus, Fab. in jurisprudent. tit. de tutel. princip. 1. illat. 36.* Hinc quamvis, ut iam supra, libertas inestimabilis, & omnibus rebus favorabilior sit: tamen ita data, si filius mihi nullus sit, cum moriar, Stichus liber esto, & prægnante uxore decedat, nato posthumo impeditur libertas, L. Neratius 7. ff. man. testament. Item quamvis conditio debet regulariter impleti infra specifica, L. qui heredi 44. ff. condit. & demonstr. cum similibus, & alias i. sc. existens in utero tum reputatur natus, & superstes, ut libi, non ut alij proficit, L. qui in utero 7. ff. stat. hom. L. quod dicimus 231. ff. verbor. significat. Tamen si quis aliqui legaverit, quandocumque Titius liberos habuerit, ei 100. lego, si Titius prægnante uxore deceperisset, jam intelligitur Titianum legatum impleta conditio deceperisse, & legatum valere, si tamen postea posthumus natus vivus fuerit, juxta expressam L. is cui 18. ff. quando dies legat. gloss. & scribentes, & Julian. seu inquam Cujac. lib. 37. Digestorum Julian. similiter conditio si sine liberis decederis, restitue, deficit prægnante uxore relictæ, si vivus postea nascatur, L. fin. ff. ventre inspicieund. Giurb. in stat. Messan. p. 1. cap. 1. gloss. 4. num. 85. infiniti Doctores cum quibus, & receptissima sententia Fusar. de subst. q. 418. & passim alij, quibus adjunge constitutionem Sixti 5. adversus abortivos, quam refert Carranca de part. cap. 16. §. unico n. 4. ibi: *Deo servitum suæ creature admitti, qui liberos prius vita privavit, quam illi à natura propriam lucem accipere, &c.* & ibi: *Eodemque tempore diro hoc flagitio privantur liberis parentes, qui generarunt vita felici, qui geniti sunt, &c.* Et tandem, vel ut ad sensum ostenditur, nam respectu patris generantis, ita ubi primum generat filium, actum perfectit, ut quamvis ipse pater statim decedat, jam posthumus ut nascatur, nil à patre descendat, unde bene notat Gam. decis. 325. n. 2. ibi: *Quia secundum illum infirmus etiam*

ea morte, qua mortuus fuerit, generare potuit, &c. Ex his ergo sic evidens in utero relatum esse, & dici debere filiam defuncti, & de hoc dici cum filio deceperisse. Neque aliquid obstat, L. qui filiabus 17. ff. legat. ubi si quis filiabus alicuius legat, non intelligitur de postuma sensu, nisi in aliqua parte testamenti mentionem de ea fecerit. Nam in dicto text. non excluditur postuma à legato, quia postuma non sit filia, & filiarum appellatione non continetur. Imo, quia est, & continetur juxta jura. Tertio fuit urgens ratio dubitandi, ibidem ratio vero decidendi, cur ibi non admittitur postuma, processit, quia testator legando de praesenti filiabus alicuius, cum temporis existentibus, & notis, non incēderet legare simul postuma ab eo incognita, ut alijs in suis casibus est bonus text. in L. si quis ita 16. §. si quis cum ignoraret ff. testamentar. tutel. cum similibus. Unde bene noster August. Barb. tract. de appellat. verb. filius num. 1. ex alijs ait decisionem dicit. L. qui filiabus procedere in legato de praesenti, secus in dispositione de futuro, quod est noster maioratus ab hinc trecentos annos conditus, imo non decem, & undecim, cum pluribus Doctoribus resolvit conceptum in utero admitti ad fideicomissa, ut & resolvit Fusar. dict. q. 318. num. 35. quamvis vocentur filij praecreati, Fusar. supr. num. 50. junct. num. 55. & absque dubio, quando institutor habuit intentionem ad nascituros, ut iam sapra tradidimus: igitur, &c.

Quantum ad id, an sit homo, vel animal ad intentum.

Apud Iurisconsultos Stoicos, seu Stoicæ sapientiae seclatores, is, qui in utero, antequam nascetur, nec verus homo, nec in rebus humanis dicebatur, praesertim in aliquibus certis casibus declaratis in iisdem legibus. Iurisconsultorum jura, & Doctores tradunt eruditissimi Senatores, & doctus supplicati patronus, tamen re iterum persensa ab illis primis I. C. & sequentibus, qui omnino negare non potuere ipsum in utero existentem, jam aliquod reale esse, & cum esset naturale genito, & vivo prævidendo insuper absurdā inde resultantia, si ipse in utero existens, dum realiter, & de facto non esset natus, penitus pro nihilo habaretur: eum in omnibus sibi utilibus pro jam nato, vel cum prærogativa nati, ut erudite edocet Misynger. videndum in dict. §. cum autem n. 5. instit. de tutel. reputarunt L. qui in utero 7. & 26. stat. hom. L. antiqui 3. ff. si pars hereditat.

ditat. petatur, L. cum quidam 30. §. 1. ff. acquirend. hæredit. cum similib. Carranç. de part. cap. 2. §. 4. à num. 2. & à num. 12. Vbi jura, & Doctores, & passim alij, nec de hoc quisquam dubitat, insuper eadem re melius persensa à Philosophis, Medicis, & Theologis uti peritioribus in arte, ipsi affirmarunt in utero existentem jam animatum (cum essentia hominis consistat, seu componatur ex corpore, & anima) esse verum hominem cum vero corpore, & anima rationali, immortali, & capace habendi æternam gloriam Dei optimi maximi, cuius jam vera creatura est, vel per contrarium non habendi ipsam æternam gloriam, si pro dolor, ante partum, & susceptum Baptismatis Sacramētum fiat abortus, ut referendo jura, authoritates, & Doctores magistraliter tradit Valent. illustr. tom. 3. tract. 4. de liber. & postb. cap. 1. num. 1. 2. 9. & 10. Amaya lib. 3. obseruat. cap. 1. §. 2. num. 4. Imo, quod semper in consideratione esse debet, id ipsum plusquam satis declararunt Ius Canonicum, sapientissimi Patres, & Pontifices, ut in terminis factetur idem Carranç. de partu cap. 16. §. unico num. 52. melius 53. Valent. supra dict. cap. 1. num. 1. 9. & 10. ubi referunt Cov. Mol. Fachin. & alios Doctores: Item, & loca Iuris Canonici, & juniores Summos Pontifices v. g. Sextum 5. in sua constitutione 87. adversus abortivos transcripta per Carranç. supra dict. cap. 16. §. unico n. 4. ibi: *Quis enim non detestetur tam execrandum facinus, per quod nedum corporum, sed quod gravius est, etiam animarum certa jactura sequitur, quis non gravissimis supplicijs damnet illius impunitatem, qui animam Dei imagine insignitam, pro qua redimenda Christus Dominus noster preciosum sanguinem fudit, æterne capacem Beatitudinis, & ad consortium Angelorum destinatam, à Beata Dei visione exclusit, Deo servitium suæ creaturæ ademit: & ibi: Et nimis enim impudenter contra Dei voluntatem se opponit, quis, ut supra Hieronymus ait, dum natura recipit, semen receptum confovet, confutum corporat, corporatum in membra distinguit, dum inter ventris angustias Dei manus semper operatur, idemque corporis, & animæ creator est, impie despicit bonitatem Dei, qui hominem plasmavit, fecit, & voluit, &c. Item idemmet Carranç. dict. num. 4. Valent. supra dict. num. 10. referunt aliam constitutionem 8. Gregorij XIV. & Doctorum. Vnde jam hodie non videtur posse affirmari absque labore peccati, ipsum animatum in utero existentem, non esse verum hominem, cum essentia illius in corpore, & anima rationali, & immortali, quibus jam patitur, consistat:*

sicque non tam Philosophi, Medici, & Theologi, sed & Ius Canonicum, & noviores Pontificum Constitutiones, ut supra, & Carranca supra dict. num. 53. Valenz. cons. 198. numer. 87.

Ex prima Stoicorum substitutione, vel opinione in utero existentem, quamvis animatum, non esse hominem, resulkavit apud illos abortum, ut ex L. si mulierem 8. ff. ad L. Corneliam de sicar. L. signis aliquod 38. §. si quis abortionis, L. Cicero 39. ff. de penis, L. 4 ff. extraord. cognit. cum similibus, tradit ex alijs Valent. dict. cap. 1. n. 8.

Per contrarium vero ex illa secunda, certa & probata sententia Philosophorum, Medicorum, & Theologorum, imo & ipsius Iuris Canonici, & Summum Pontificem, verum jam esse hominem, resultavit homicidiam esse, & pæna homicidij fore plectendum, ut bene resert, & sequitur idem Valent. videndus supra cap. 1. n. 10. Carranca dict. cap. 16. §. unico n. 53. & 54.

Quia tamen secundum ipsam Philosophorum, Medicorum, & Theologorum, imo & Iuris Canonici, & secundum Pontificum declarationem extabat periculum peccati in affirmando hominem non esse, & homicidium non dari, & in dubijs, & in materia scrupulosa peccati, Ius Canonicum, & quod securius sit, sequendum erat, merito Accurs. Bart. & alij Doctores, & praxis judicialis ubique gentium recepta, deviarunt ab illa prima sententia Iurisconsultorum Stoicorum, & resolvére homicidium committi, pænamque homicidij ordinariam fore irrogandam, ut in terminis referendo Accurs. Bart. Decian. P. Gregor. & Greg. Lop. Cov. Gom. Molin. Fachin. Sanch. Solorzan. Gratian. Aug. Barb. & alios multos tradunt Carranca supra dict. cap. 16. §. unico num. 13. & 53. Valent. iterum videndus dict. tom. 3. tract. 4. cap. 1. num. 9. Vbi bene notat, quod si Iurisconsulti Stoici existimassent animatum in utero esse jam hominem, non negarent in ejus abortu pænam homicidij, cum ijdemmet Iurisconsulti fateantur, quod si ex poculo abortionis, vel amatorio, homo, vel mulier perirent, ultimum supplicium fore imponendum, in dict. L. si quis alicui 38. §. si quis abortionis ff. de penis. Et magis in nostro Regno teneamur in judicando deviare ab illis Iurisconsultis Stoicis negantibus hominem esse, & homicidium cōmitti, non solum quia Accurs. & Bart. & alij omnes Doctores, & praxis ubique gentium recepta se ab illis in hac parte deviarunt, sequendo in materia scrupulosa peccati Sacros Canones, & decreta juniora Pontificum, sed quia habemus

bemus specialem Ord. 3. tit. 64. id ipsum nobis jubentem, & quod in hoc, & similibus casibus, ubi versabitur periculus peccati, negligamus Leges Iurisconsultorum, & Imperatorum, & solius Canonici juris dispositionem amplectimur, & multo magis facere debemus in casu, de quo contenditur, respectu quod institutoris nostri maioratus, cuius principale jus, non Stoicorum, & Civile, sed Canonicum, & Summorum Pontificum, & Theologorum, cum esset Archiepiscopus Bracharensis, Hispaniarum Primas, sive Princeps Ecclesiasticus, juris ipsius Canonici professor, & custos, ut non dubitatur. Vnde si juxta supra resoluta, etiam in materia pænali est restringenda, & vulgaria, ut homicidiam sit, & pæna illius militet, is qui in utero animatus est, jam verus homo intelligitur, quanto magis ad successionem maioratus, favorablem rem, & utilem ipsi in utero existenti. Et quando apud ipsos Iurisconsultos Stoicos in utilibus pro nato reputabatur, omniaque commoda ei in tempus nascendi integra reservabantur, dicit L. qui in utero cum similibus, quarum legum dispositio non solum generalis est, sed & ab Accurs. & communiter Doctoribus intellecta in dispositionibus testamentarijs, & specialiter in successione maioratus, taliter quod aliud in eo judicari in nostro Regno non possit, ut supra notasti à num. 22. cum seqq. ubi nec nocet quo minus succedat posthumus, quod fæmina excludatur, & vocetur masculus, &c.

*Quantum ad illa verba, filio primo, q
zoup ibi lidimo, leigo, barom.*

404 Supposito quod in posthumo originario, illa scilicet Domino Ludovico à Menezes in utero existente jam animato, ex supra resolutis verificabatur qualitas filij, & hominis, seu ei non nocebat, quo minus succedere non possit, utique non nocet illa qualitas primo; nam in veritate primus, & proximus descendens masculus ultimi possessoris ejus avi erat, quia ante eum nullus existebat animatus, ut non dubitatur.

405 Similiter verificabatur, vel non nocebat illa qualitas leigo, cum qualitas laicalis naturalis omnibus sit, & quilibet laicus nascatur, ut non dubitatur. Item nec nocuit ultima qualitas barom, seu masculus, quia attenta juris veritate, quam in hoc Regno judicando sequi tenemur, maxime in nostro casu, & respectu nostri institutoris, qui Archiepiscopus, Iuris Canonici principaliter observator erat, Ludovicus tempore mortis sui

avijam erat, & dici debebat homo, & masculus, nec apud jus, ipsamque legem, quæ mortuo ultimo possessore maioratus, sua virtute querit sequentem legitimum successorem, eique defert successionem, ignotum erat, extare jam hominem, & masculum, cum Lex certa sit de omnibus, quæ attenta veritate, certa sunt, licet apud nos incerta sit, & ignorata exteat, ut singula supra probata reliquimus à num. 22. usque 27 & num. 31. imo in individuo ostendimus Doctores sentientes posthumum succedere in maioratu, quamvis ille rigorosæ agnationis sit, & soli masculi vocentur ad eum, & in Regno Castellæ, ubi sicut particularis L. 45. Tauri in tali casu, in talem posthumum translata possessio dicatur, quanvis agnatus, proximus, & jam natus, repugnet, dicendo incertum esse, an masculus nascatur, & solum ex parte posthumi præstabitur cautio restituendi fructus interim perceptos, si forte masculus non nascatur, &c. & ex generalitate dicit L. qui in utero, intellecta generaliter per Accurs. in dispositionibus testamentarijs, & alijs iuridicis rationibus ostendimus non impedire, quod minus posthumus, nosterque Ludovicus in utero animatus existens, qui postea vivus, & capax natus fuit, succedere in hoc maioratu valeret, ut supra ad num. 22. usque 28.

Neque obest consil. Surdi, nam loquitur, quando vocatio fuit de filio, vel filijs natris: at in nostra institutione, nec verbum quidem nascido, ou nascidos, ut expendimus supra.

Nec obest, quod Capycius Galeot. & alij Doctores resolvunt, cessare representacionem per clausulam, succedat filius maior, qui fuerit superstes tempore mortis. Nam ultra quod plures, & magni nominis Doctores contrarium resolvunt, ut cum utroque Molin. Matiens. Guerr. Flor. de Men. & alijs Castilb. lib. 3. contr. cap. 19. à num. 341. Ille casus dissimilis valde est, nam filius maior, qui decepit, penitus jam non est, nec esse potest, cum mors omnia solvat, & spiritus vadens non redeat, teneat in austh. de nupt. § deinceps collect. 4. cum similibus, at in nostro casu Ludovicus vere jam extebat in utero vivus, & animatus, sive vere erat filius, vel nepos ultimi possessoris; imo & homo, legitimus, laicus, baro, sed masculus, ut supra, & ejus nativitas totum liquido declaravit, & detegit, & totum per relationem ad ipsam nativitatem uti signum indubitabile certum. jam erat, L. hæc venditio 7. §. hujusmodi, ibi: Magis enim ignoratur, quanti emptus sit, quam in rei veritate incer-

tum est, ff. contrahend. empt. ubi Bart. & alij scribentes, L. certum est 6. ff. reb. credit. cum similibus, & magis certum erat apud ipsam legem, quæ est, quæ mortuo ultimo possesso, sua virtute statim querit sequentem legitimum successorem, & actu veloci ipsius legis in eum defert successionem, vel succendi jus, ut bene jam supra notasti n. 26. & optime notat Olea de cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 13. ibi: *Actu veloci legis, Valent. illustr.* tom. 3. tract. 4. cap. 2. num. 9. & Lex semper certa est eorum, quæ attenta veritate certa sunt, & in individuo ejus, qui in utero est, antequam nascatur, ut ex bono text. in dict. L. cum quidam 30. §. suum hæredem ff. acquirend. hæredit. & Doctores notarunt supra; imo quod magis est, ait Olea supra dict. q. 4. num. 43. legem ipsam certam jam esse ejus, qui nondum conceptus est, sed in posterum concipiendus.

408 Nec obest, quod admissio posthumo, successio maioratus, & dominium rerum illius esset in pendentia, vel in aere, quod foret contra juris regulas, imo absurdum.

Nam in viribus subsisteret hæc argumentatio, nullus posthumus in nullo maioratu succedere poterat, cum semper prædicta difficultas considerari poterat, hoc autem affirmare, esset absurdum, igitur, &c.

409 Deinde falsum potius videtur, successio nem, vel dominium maioratus interim pendere; imo ipsa Lex, quæ certa jam erat Ludovici in utero animati, vivi, & cum cæteris qualitatibus, legitimi, laici, & baronis, vel masculi, in eum statim detulit dominium, jusve successionis maioratus, illa verba in-hærente consideratione resolutiva, si vivus natus sit, prout in veritate vivus, & capax natus Ludovicus fuit, ut non dubitatur, & quando ipse posthumus aboriatur, seu non nascatur, vivus, & capax, tunc ex ipsius legis scientia, & veritate, & ex defectu prædictæ resolutivæ conditionis, talis posthumus nunquam censetur vocatus, sed ille, qui lemoto posthumo tempore mortis ipsius ultimi possessoris admittendus erat, ut in terminis terminantibus figurando casum notat videndum Carranca de partu cap. 2. §. 4. n. 51. vers. Et ego &c. & in effectu nostra responsio, ut evitetur proxima considerata difficultas, non solum stabilitur ex decisione, & verbis text. in L. Neratius 7. ff. man. testam. L. is eni 18. in fin. ff. quando dies legat. cedat. cum similibus loquentibus de conditione resolutiva, sed in terminis ex ijs, quæ Molin. lib. 3. cap. 10. num. 35. Menoch. & alij, cum quibus decisio Rot. Rom. novissimæ post tract. Blasij Michalorij de duobus fratribus

decis. 8. num. 2 1. & melius decis. 10. à numer. 15. & 17. Olea videndus dict. q. 4. num. 43. ubi & Castilh. refert Valent. supra dict. tom. 3. tract. 4. cap. 2. num. 9. Vnde non est in cōsideratione illa nominata difficultas, quod interim erat in pendentia successio, vel dominium alius, ut notavimus, omnis posthumus ab omni maioratu excludendus esset, quod est ridiculum, cum & in toto Regno succedit, &c.

Nec obest illa consideratio sapientissimi 410 Senatoris fol. 1019. n. 32. ibi: *Præsertim quia testator expressis verbis vocavit masculum vere existentem, & illum ad oculum demonstrans, ut patet fol. 6. vers. ibi: E se aquelle filho de Men Peres ouver à sua morte filho lidimo, leigo, barom, o dito lugar de Oliveira, & outros herdamentos, como dito he, si quem a esse seu filho primeiro. Et notanda est decisio illa, a esse, quæ latine dicitur, ipsi, quæ quidem dictio est personalissima Cald. &c. non, inquam, obest prædicta consideratio.*

Nec obest decisio 411 Grivelij, cuius causus longe diversus à nostro, ibi: *An admitteretur, qui post mortem ultimi possessoris conceptus, & natus fuit: an in nostro casu, de jam concepto, & animato Ludovico, quando ejus avus deceperit, & in quo, veritate juris, omnes, & singulæ qualitates desideratae ab institutore jam militabant, ut supra ostendimus, igitur, &c.*

Nam cum institutor exclusisset filios 412 Mendi Peres ex actuali uxore, Guimare Munis, cum qua ad præsens erat matrimonio copulatus, & dixisset, solum voluisse successores maioratus filios prædicti Mendi, quos postea ex alia legitima uxore suscepisset, ut patet fol. 6. vers. ibi: *E mando, que à morte do dito Men Peres meu irmão, o dito lugar da Oliveira com todos seus direitos, & com suas pertenças, & outrosim os outros herdamentos, & possejoens, que the eu deixo, figura a seu filho primeiro, lidimo, leigo, & barom. E se o ouver, que não seja filho de Guimare Munis, com quem hora he cazado esse meu irmão, mas de outra mulher lidima, &c. Ut magis se declarasset, exclusisse dictos filios à Guimare Munis, & solum voluisse filios ab alia, posuit subsequenter in eodem fol. 6. vers. ibi: *E se aquelle filho de Men Peres, &c. idest filius ab alia uxore, non à Guimare Munis, non vero adhibuit prædicta verba, ut eis posthumum Ludovicum in nostro casu exclusisse videtur contra juris, & Doctorum receptas regulas, de quibus supra.**

Deinde cum noster Ludovicus jam esset 413 tempore mortis ejus avi animatus, & sic cum

cum qualitatibus filij, hominis, legitimi, laici, baronis, vel masculi, & hanc veritatem saltem Lex, quæ delationem successionis maioratus facit, certo sciret, & de jure in utilibus, qui in utero est, reputetur ut natus, vel cum prærogativa nati, tam in successoribus legis, quam hominis, ut est recepta sententia *Accurs.* à qua in judicando in hoc Regno discedere non valemus propter Ord. 3. tit. 64. §. 1. & noster institutor, non requiri silleria futuro successore, quod esset natus, nec ullum verbum *nascendo*, ou *nascendo* adhuc buisset, ut singula jam supra ex possumus, & fatetur idem sapientissimus Senator dict. fol. 1019. dict. n. 32. seu inquam fol. 1248. ibi: *Quia licet loquutus non sit per verbum nascendo, &c.* Quid quælo deerat in ipso Ludovico, ut ei non acòmodaretur sensus prædictorum verborum, ibi: *Ese aquelle filho de Men Peres, & ibi: Fiquem a esse seu filho, &c.* Non ne, ut sepiissime ostendimus, Ludovicus erat jam filius, & persona cum corpore, & anima rationali, & immortali, qui postea vivus, & capax natus fuit; ita quidem, & ita nec illud personalissimum consideratum à prædicto Domino dict. fol. 1019. n. 32. dici potest defuisse in ipso Ludovico, immo sufficenter in ejus persona tempore mortis ultimi possessoris ejus aij adfuisse. Dealij contra Ludovicum, & in consequentiam, ex dirivato jure contra nostrum supplcantem adductis non curamus, quia non adstringunt, & invenies solutiones apud doctam supplicantis patronum, & meretissimum Senatorem in deliberatione.

414 Et tandem iterum dicimus, ad minus non erat noster casus, dubius, & in dubio, tenebantur Iudices judicare pro regula, & pro posthumo, quem ordinaria regula, & recepitissima Doctorum sententia admittit ad maioratum. Vnde ex his omnibus revidead am sententiam puto, ut supplicans postulat. *Ulyssipone 9. de Iulho de 1668. Lamprea.*

Hanc deliberationem sequutus fuit Doctor Franciscus da Cruz Freyre, qui requiescat in pace, & doctissime deliberavit, ut videri potest in processu apud eundem notarium, & ita manet justificata dicta sententia.

415 Quæ maxime habere locum debent, quando ille, qui tempore delatæ successionis proximior, nondum occupavit successionem, & possessionem, nec maioratum agnovit, & re adhuc integra natus, si proximior sit, illum excludit, *Fusar. de subst. q. 318. num. 100. Palma alleg. 43. num. 17. & seqq.* Vel vocavit natos, vel nascituros ex aliqua, aut aliquo, *Fachin. lib. 4. contr. cap. 88. & vide Menoch.*

conf. 413. Castilh. d. cap. 91. num. 43. 44. & 48. & Molin. de just. tom. 3. disp. 436. n. 15. Et si lice pendente super contraventione, aut successione, natus, vel concepus sit proximior, ante sententiam finalē an successat, vel excludat proximiorem tempore delatæ successionis, affirmative resolvunt uterque Molin. unns de just. disp. 634. vers. quando delatio tom. 3. alter de primog. lib. 3. cap. 10. num. 44. & ibi Lima in Add. vers. & id ipsum in natis lice pendente, & tenent alij quos Ego ipse refeto forens. cap 4. num. 103. 104. 105. 106. Olea de cess. jur. & act. tit. 3. q. 4. num. 22. & 24. & in Add. num. 4. Roxas de incomp. p. 5. cap. 2. num. 60. 61. 62. 66. & seqq. & ibi Doctiss. Aguilic in add. ubi eleganter, Luca de linea legal. art. 12. num. 52. vers. 51. & num. 53. pag. 241. & num. 54. 55. & 56. vers. limitant. Et etiam ultra eos vide Gregor. sintagm. jur. lib. 26. cap. 16. Fusar. d. q. 328. n. 107. 115. & num. 120. qui explicant, & declarant, & vide supra n. 194. & tenet Castilh. lib. 5. cap. 91. num. 49. & 51. Giurb. ad stat. p. 1. gloss. 4. num. 106. & licet loquantur DD. in casu contraventionis, idem procedit sal casu mortis, ut tenet Castilh. contr. tom. 5. cap. 91. num. 4. vers. sed si replices, & vide etiam Olea d. tit. 3. q. 4 per tot. Et ita semper succedere debet vocatus, licet non existat tempore delatæ successionis, ut consulit ad favorem Misericordiæ dos Fornos contra Patres Societatis Iesu Collegij Conimbricensis, in institutione facta ab Emmanuel Cabral de Figueiredo, ubi inventiebantur hec verba: *E se em algum tempo nest a Villa ouver Casa da Misericordia, nam havendo herdeiro legitimo, como assim digo, seria Misericordia desta Villa herdeira, & administradora deste meu morgado.* Et cum defecisse haeres legitimus, & vocatum esset Collegium, & tempore mortis haeredis non existeret Misericordiæ erectio, succedit d. Collegium, & postea erecta fuit domus Misericordiæ, resolvi anno 1677. habere jus ad reivindicanda bona relicta, ex aliquibus fundamentis, de quibus supra num. 190. & seqq. & secundum meam opinionem mota fuit lis, & audivi iuxta eam judicatum fuisse, sed non vidi processum propositum apud Conservatorem Conimbricensem, & probatur ex verbis: *E se em algum tempo, quæ comprehendunt omne tempus, DD. in L. Centurio ff. vulgar. L. Julianus ff. leg. 3. Handed. conf. 55. num. 42. Menoch. conf. 399.* & tunc succedere debet superveniens, & avocare successionem, ex dictis à Magan. dec. Florent. 91. num. 21. Surd. conf. 125. num. 41. & seqq. Molin. de just. disp. 634. a num. 5. cum alio

alio Molin.lib.3.cap.10.n.15. & 25. Thesaur. q.84. forens.lib.3.num.8. Raud. de analog. cap.34 num.118. Cast.d.cap.91. num. 43. & 48. Cabrer.de metu lib.2.cap.9.n.29. & seqq. Castilh.d.cap.91.n.48.

416 Quae dicta sunt, procedunt, non solum in concepto in vita possessoris, vel post mortem, & natum; sed etiam jam existenti in rerum natura, quia licet sciat, aut ignoret litem agitari inter alios consanguineos remotores, potest post sententiam latam avocare successionem à victore, cui judicatus fuit maioratus ex allegatione suae proximitatis, & si probaverit esse proximorem, & victorem esse remotorem, obtinebit, non obstante sententia, ut judicatum fuit in causa Ioannis Freyre de Mello com o Conde Pombeiro D. Pedro de Castello Branco, anno 1672. Escrivaõ Domingos Luis de Oliveira, auct Manoel Soares Ribeiro, & na causa de Antonio Rebello de Vasconcellos, de qua supra num. 154. & seqq. ubi etiam judicatum, & decisum fuit non obstatre præscriptionem unius lineæ contra alteram, in præjudicium successorum, ut tenent etiam DD. quos Ego ipse refero in comment.ad Ord. tom.2. ad Reg. Sen.it. Aulici §. 59. cap. 2. pag. 264. n. 79. 80. & 81. ubi judicatum, & etiam vide tom. 9. in comment. ad rubr. tit. 33. num. 432. Ord. Regn. & etiam resolutum fuit in casibus seqq. & succedere debere proximorem non obstante possessione, nec præscriptione.

417 No feito de apelação de Bartholomeu Roque da Costa, & appellante Manoel de Siqueira Manso, Escrivaõ Antonio Soares de Siqueira, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos de causa cível, cujo conhecimento foi cometido a este meu Juizo por Provisão Real a ella junta, libello do A. contrariedade dos RR. a fol. 50. replicada pelo A. a que o R. nam triplicou, papeis, & inquiriçõens por huma, & outra parte, & o mais, que consta dos autos, se mostra pelo A. que desde tempo immemorial, ha mais de duzentos annos, anda annexo á familia dos Siqueiras da Villa de Proença o morgado da contendá Sempre enroncado nos filhos mais velhos, cuja instituição, & tombo está em poder dos RR. o qual morgado encabeçandose na pessoa de Francisco de Siqueira, casado com Anna Mansa, antigos possuidores delle, nasceraõ tres filhos legitimos, o mais velho Gaspar de Siqueira, & Sebastião de Siqueira filho segundo, & Baltasar, filho mais moço, & que morrendo sem filhos o dito filho mais velho, depois de succeder no morgado por morte de seu pay, ficara pertencendo o dito morgado a seu irmão Sebastião de Siqueira, filho segundo, de quem

foi filho de legitimo matrimonio Pedro de Siqueira, pay de Maria de Siqueira da Fonseca, mulher que foi do d. Bartholomeu Roque da Costa, dos quaes he filho legitimo, & mais velho o A. menor Diogo de Almeyda de Siqueira, a quem pertence o morgado, como bisneto de Sebastião de Siqueira, & nam os herdeiros descendentes de Baltasar de Siqueira ultimo irmão, que sem embargo de ser mais moço, se meteo de posse do morgado, o qual por sua morte foi a seu filho Francisco de Siqueira pay do R. Manoel de Siqueira, possuindo elles o morgado da contendá commà fé, sabendo pertencia aos descendentes de Sebastião de Siqueira, & o que mais he, alheando, & dissipando os bens do morgado, & sem satisfizerse à obrigação annual das missas, contra a forma, & clausulas do testamento do instituidor, por onde se devia julgar, nam só, que os RR. eraõ indignos administradores, mas que a elles lhes nam pertence o morgado senam só ao menor Diogo, filho delle A. & de Maria de Siqueira da Fonseca, neta do segundo filho de Sebastião de Siqueira, concluindo serão os RR. condenados, a que restituão os bens do morgado, & papeis da instituição, & tombo, com os fructos desde a individua occupação, tè real entrega. Por parte dos RR. se allega, & articula, que Francisco de Siqueira bisavo delle R. gozou o morgado da contendá, & por sua morte sucedeo nelle Baltasar de Siqueira avo delle R. & que morto elle sucedera seu filho Francisco de Siqueira, pay delle R. que o goza, & està de posse delle por falecimento do dito seu pay, pelo que carece o A. de aução, por estar o morgado encabeçado na linha do R. por taõ repetidos, & sucessivos actos de successão desde tempo immemorial, sem contradição alguma de algum descendente, o que bastava, para se mudar a ordem da successão, por onde pede seja absoluto, & julgado ter prescripto todo o direito do morgado. O que tudo visto, & o mais dos autos, forma da Ley, & disposição de Direito por huma, & outra parte, & como se prove, que morto o ultimo possuidor Gaspar de Siqueira, em quem como mais velho se tinha encabeçado o morgado por direita successão, & que estando em seu segundo irmão Sebastião de Siqueira ausente fóra da Comarca, se metera de posse do morgado Baltasar de Siqueira, sem lhe pertencer, como juraõ ao quarto, & septimo artigo do libello us testemunhas das inquiriçõens das Villas do Sardoal, & Monsão, & nadita Villa de Proença a Nova, as testemunhas Simão Themudo Freyre, & sua mulher, & o Padre Pedro da Fonseca & Meirelles, & Margarida Mansa, sem constar o contrario de todas as

inqüi-

inquiriçōens, possuindo o dito morgado individual, & intruzamente, contra a antiga forma da successão do dito morgado sempre encabeçado nos filhos mais velhos, como jurão uniformemente as testemunhas; & ultimamente, como se prove, que a mā de A. menor, he filha de Pedro de Siqueira, & esse seu filho legítimo do dito Sebastião de Siqueira, como concordão sem dúvida algumas testemunhas das inquirições ao sexto artigo do libello, & no segundo da replica. Julgo, & declaro, pertencendo o morgado da contenda ao A. menor, como bisneto do dito Sebastião de Siqueira, a quem pertencia direitamente o morgado por mais velho que Balthasar de Siqueira, nem obstante posse, que o R. allega, pois senão prova, ter sido pacifica sem contradição, mas antes inquieta com a contradição do litigio, que o dito Pedro de Siqueira intentou contra o dito Balthasar de Siqueira, o que claramente se prova pelos testemunhos ao terceiro, & quanto artigo da replica, por falta dos quaeis requisitos, julgo nam darse da parte do R. prescripção, ou posse immemorial, & não poder o dito morgado encabeçar-se no dito administrador intruzo Balthasar de Siqueira, pela má fó, que lhes obstante, pois se meteria de posse, sem mais título, que por ser ausente seu irmão mais velho, nem pode, nos termos em que se prova, que os bens do morgado se dividirão pela maliciosa transação feita entre Pedro de Siqueira, & Balthasar de Siqueira, considerar-se ser feito este morgado transito para a familia do R. pois indiscutivelmente da parte da fazenda do morgado na familia do A. & só fizera transito, se todo o morgado passara vinculado, & indiviso como he sua natureza ser individuo, ou se a primeira linha do A. menor estivera extinta, já nadia possuindo do morgado, em razão do que condeno aos RR. a que restituão o morgado da contenda, & os bens delle, que se prova possuiram ao A. com os fructos da individual ocupação, até real entrega, no que se liquidarem. E paue outrossim as custas, em que o condeno. Castello Branco o primeiro de Julho de 1680. Pedro Nunes Tinoco.

418. A qua sententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum. Ubi fuit confirmata. Iudices. Quifel. Monteiro. Lopes Oliveira. Sylva & Sousa.

Et hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

419. Namvis ex his actis non constet de illa majoratus institutione, de illo jam dubitari non licet, cum de tempore immemoriali concideretur probetur bona tanquam vinculata possideri, quando sufficiebat, quod cursu eiapso quadraginta annorum transirent de Pars II.

successore ad successorem verba, quando in judicium divisorum intrassent, ut quidquid à principio libera fuissent, vinculata jndicarentur per regulam text. in L. cum de beneficio de prebend. lib. 6. tradunt Gam. decis. 215. num. 4. Val. conf. 111. num. 8. & conf. 132. n. 18. Reynos. obser. 22. num. 21. Pereir. de Castr. decis. 52. num. 13. Addentes ad Molin. lib. 2. cap. 6. usque ad num. 53. vers. superior, Castilh. lib. 5. cap. 93. §. 8. n. 10. Nam long. 7220.

Dicto vinculo supposito, de quo Reus, 420 nec dubitare videtur, quia quamvis indirecte illud fateretur fol. 63. convenient Actores, & Rei Franciscum de Siqueira possessorem fuisse maioratus, & à filiis illius Sebastianos, & Balthasare se descendere; quis ramu maior fuerit, Sebastianus, an Balthasar, hujus tamen processus probationes nos dicere tenemur; quia ex illo pendet intentio successionis decisio, cum sola primogenita linea extincta ad secundam devolvatur maioratus successio, & tertie non fiat additus de jure ordinatio, eleganter Paul. de Castr. conf. 164. num. 5. p. 2. Alvarad. de conjectur. ment. defuncti lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 45. vers. advertendum, Molin. lib. 3. cap. 6. n. 31. Mier. 2. p. q. 6. num. 70. & q. 7. num. 19. Reynos. obser. 23. num. 6. Castilh. lib. 3. cap. 15. num. 52. Fontan. p. 1. decis. 34. num. 12. & 12. Et mihi satis probatum videtur per testes fol. 43. 50. & per optimos testes fol. 64. & seq. & 66. vers. Sebastianum secundum filium senorem, Balthasarem tertium juniorum dicti Francisci fuisse; quando dicere valeat, fere omnes testes de auditu esse, quia cum testificantur de antiquo, probant Gabr. commun. tit. de testib. conclus. 3. num. 1. Mascard. concl. 104. num. 1. Surd. 410. num. 73. Garc. de nobilit. gloss. 18. §. 1. Farin. q. 69 num. 125. Maxime, qui de auditu vago non testificant, sed suis maioribus, & quando, tam ipsi testes, quam illorum maiores personæ nobiles sunt, prout in praesenti inveniuntur. Et ita pro Actore, qui à dicto Sebastiano filio secundo legitimo descendit, maioratus successionem determinarem: quando Reo proficiat patris avi, & proavi possessio ejusdem maioratus, & successio, quæ cum fuerit à principio injusta in persona dicti Balthasaris, non illi plus ad succedendum jus prestare potest, quam ipse proavus Balthasar à principio habuerit, præscriptionem immemoriam allegare ridiculum sane est; cum certe constet de primo successore injusto, & quod una linea contra aliam in primogenitis successionem, seu ordinem succedendi præscribere possit minori, quam immemoriali præscriptione cum Castilh. lib. 5. contr. cap. 93. §. 9. Flor. ad Gam. L. decis.

decis. 93. non admittimus, siveque laudamus
judicatum. Ulyssipone 10. die Maij 1681.
Sylva & Sousa.

Convenio. Lopes Oliveira.

421 Cum præcedentibus, & amantissimis So-
dalibus convenire mens mea petit, solam in
condemnatione fructuum indebitæ occupa-
tionis, usque ad realem bonorum maioratus
traditionem dubitarem, quamvis me non la-
teat, quod mala fides Actoris, seu antecessori
successori noceat, idque sive res sit mo-
bilis, sive immobilis, L. cum hæres ff. de di-
vers. & tempor. præscr. L. si mala fide Cod.
Non primum, & si roboretur auctoritate Leg. si profundo vers. sed contra Cod. de transact. & quæ Cald. in L. si curatorem verbo lassis ex num. 153. quia minor ætas non probatur tempore defientiae, & si probaretur, adhuc imprimis etiam obstaret doctrina, de qua Surd. conf. 284. num. 24. Peg. forens. cap. 4. num. 13. Larrea decis. 55. per tot. deinde quadriennium post illam elapsum est, sero que medicina paratur juxta L. ultimam Cod. de temp. in integ. rest. cap. 1. de rest. in integ. Cald. verbo infra legit. temp. per tot. Ord. lib. 3. m. 41. §. 6.

Non secundum defientiae, namque motiva non ortum habuerunt ex falsa causa, sed ex rationibus, quæ in processu patent ex testibus fol. 205. & quæ non multum latent in actis.

Maius dubium continet tertia propositione, nempe dictam defientiam restrictam fuisse ad personam Doctoris Francisci, sed certe illa lecta contrarium certatur, totum enim jus suum respectu istius successions in sua vita dimisit opposens in illo verbo, para semper, quo non invento forte aliud judicaretur: ex quibus in totum convenio cum dicto tertio scientifice suffragio, & isto modo annuerem impedimentis A. & opponentis, & rejicerem R. objections. Vlyssipone Aprilis 15. de 1678. Cerqueira.

Importuna, & incomprehensibilis processus moles meliori certe indigebat Atlante, & neque inter assiduas nostri munera inquietudines, hæc inverata, & nobilis controversia illo sane, quo desiderabat materia, resolvi poterat splendore, imo longissimum expostulabat consilium, quin alterius negotii intermissio multoties studium interrumpisset, & examinasset. Verum quia antiquissimam hanc litem hoc tantum impedire fundamento esset partibus odiosum, spreta verborum concinnatione necessarium fuit nostrum proferre arbitrium.

Difficilis inter nobilissimos A. R. & opponentem super successione hujus maioratus

vertitur controverbia, R. fundamentum in eo consistit, quod tanquam proximior institutori præferendus est A. & opponenti, & tandem, quod semper ad illum spectat maioratus, eo quod A. & opposens legitime non probant conjunctos esse institutori, cum ei sufficiat dicere, non sunt de familia, Surd. conf. 44. num. 1. Menoch. conf. 117. n. 8. Peregr. de fideicom. art. 11. n. 37. & conf. 36 num. 2. lib. 1.

Hæc sunt potiora R. fundamenta, cum alia, quæ in illius favorem considerantur, contra juris notissimas regulas proponantur. Verum hæc ejusdem farinæ sunt, si processus probationes examinentur. Nam primum tollitur, cum R. nec unicum exceptione maiorem habeat testem, qui asserat institutori conjunctum esse, imo potius A. & opponentis testes contrarium concludenter affirmant, & hoc idem confirmat certitudo fol. 879. ubi nobilissima institutoris progenies exhausta, quin inter illius successores R. familia enumeretur.

It etiam eliditur, & encryatur secundum R. fundamentum, cum A. & opposens affatim præbent descenditiam, & proximitatem, & in æquali gradu conjunctos esse institutori, ut constat ex documentis fol. 146. juncta certitudine fol. 670. idem asserunt testes pro Actore produciti à fol. 189. optimus testis fol. 215. cum seqq. Et iterum idem etiam concludunt documenta à fol. 459. cum seqq. & certitudines fol. 469. videantur etiam certitudines, & documenta à fol. 808. quæ omnia latissime, & eleganti calamo ponderatur in allegationibus fol. 534. & in crudissimis deliberationibus fol. 647. & denique hanc resolutionem elegantissime absolvit primus, & amantissimus sodalis, cuius sententia ego circa exclusionem R. & consanguinitatem A. & opponentis indubie amplector, esset enim contrarium assertere veluti in meridie caligare.

Hæc sunt, quæ in praesenti processu, sine levissima hæsitatione resolvuntur, cum nil evidenter probari possit, quam R. extraneum institutori esse, nilque etiam concludenter in re antiqua, quam A. & opponentem ab institutore descendere. Dubia tamen praesentis litis controversia inter Actorem, & opponentem vertitur: An scilicet sorte sit resolvenda maioratus successio juxta institutionis tenorem fol. 21. & 22. vel tantum ad Actorem spectet in pænam contravenctionis opponentis, vel eo quod illius successioni renuntiavit in termino fol. 111. vel etiam tantum ad opponentem pertineat, eo quod Ludovicus illius parens, tempore quo

morta fuit Hieronyma, quæ maioratum possidebat, proximior institutori extabat.

Deveniendo tandem ad resolutionem, ego summopere excogitata præsentis controversie quæstione, & altius presla institutionis juris, & præsentis facti forma dispositio-ne, & serie, firmiter teneo maioratum ad A. jure successionis pertinere; res sane in hoc processu nova, & quæ in causa, quæ tot Iudices, quot dignissimos, & eruditissimos Senatores habuit, ego non ausus fuisset asse-re, si præcise coactus non esset proprium interponere arbitrium.

Pertinet inquam ad A. maioratus, eo quod unicus, & proximior invenitur successor, qui ab institutore descendat, haec enim sunt qualitates, quæ successorem ad maioratum admittunt, scilicet, quod sit consanguineus, & quod sit proximior, ad Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2. Mier. de maiorat. 2. p. q. 8. à num. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 47. Cald. receptar. lib. 1. q. 19. & cons. 15. num. 37. Ca-stilh. contr. lib. 5. cap. 91. num. 61. & 62. Vnde cum hec omnia in A. inveniantur, ad illum maioratum pertinere conso.

Neque prædicta Ord. & citati DD. quod loquuntur in proximitate respectu ultimi possessoris, quæ regulariter attendi debet, ut cum pluribus disputat Ca-stilh. dict. lib. 5. cap. 93. à num. 1. cum seqq. perperam præsenti speciei adaptatur ubi quam proximiorem esse Hieronymæ consanguineum non edoceatur, quoniam cum A. sic proximior institutori, & alius non detur successor præter opponentem, qui illido à successione repellitur, incassum disceptaretur in præsen-ti, quis sic proximior, parumque, aut nihil interfuerit probatio proximitatis Hieronymæ, quando unicum tantum habemus suc-cessorem.

Ex hoc etiam fundamento sortis electio à testatore ordinata locum habere non potest in hoc casu, cum A. unicus inveniatur maioratus successor, in quibus terminis succe-sionis jure ad A. spectat maioratus, cum in unico tantum sortis electio locum habere non possit juxta text. in L. atrum ff. de assign. libert. §. dicitur autem inst. de assign. libertor. comprobatur late Larr. decis. 52. n. 7. & 8. Ca-stilh. lib. 2. contr. cap. 13. à num. 10. 11. & 14. cum seqq.

Videamus nunc, quare A. unicus inveniatur maioratus successor, quando simul oppo-nens, æqualiter institutori conjunctus in maioratu etiam succedere intendit, & si oppo-nentem à præsenti successione excludimus, maioratum indubie A. judicamus. Ad quod præsupponendum est, quod mortua Hiero-

nyma, tunc temporis ad successionem hujus maioratus simul concurrebant Michael, & Antonius fratres, & æqualiter institutoris pronepotes, atque Ludovicus opponentis pater, constat ex scriptura fol. 81. vers. & ex certitudine fol. 83. ac tandem ex testibus cum seqq. fol. 88.

His suppositis verum est dicere, quod tunc temporis inter Antonium, Michaelem, & Ludovicum in æquali gradu institutori conjunctos sors maioratum judicabat juxta institutionis tenorem, quæ semper inter æqualiter proximos sortem admisit, ut pri-mus, & amantissimus sodalis eleganter consideravit, & facit text. in L. hæredes mei 57. §. fin. ff. ad Trebel. & ibi gloss. verbo prie-criptos, L. cùm pater 79. §. à te peto, & §. hæ-reditatem o. 1. ff. de legat. 2. Attamen Michael, & Antonius, antequam sortis fortuna advenisset in favorem Senatoris Francisci, spei illi ante sortis existentiam considerare renunciaverunt in scriptura fol. 121. anno 1642. unde ad Ludovicum opponentis pa-trem maioratus jure successionis fuit trans-latus ex infra dicendis, cum tunc temporis unicus fuisset institutori proximior consan-guineus ex juribus supra consideratis.

Fuit inquam ad Ludovicam opponentis patrem translata maioratus successio, eo quod æqualiter successores, & in æquali gri-du existentes Michael, & Antonius juri futu-ro, & sortis spei renunciarint in dicti scriptura fol. 121. atque ita cum prædictum jas, & spem alienasset, illam perdidisse ex-tradubium est, prout in specie in feudo resol-vit text. in cap. 1. §. Titius si de feud. sit con-tr. inter Domin. & agnat. comprobat latissime omnino videndus Menoch. cons. 58. num. 26. & 27. cum seqq. quapropter Ludovi-cus factus fuit unicus maioratus successor, ad quem sine dubio spectabat maioratus.

Delata sic ad Ludovicum maioratus suc-cessione Ludovicus, de quo regulari debet successio, quamvis maioratum non posse dis-set, Matbiens. in L. 5. recopilat. lib. 5. tit. 7. gloss. 3. num. 2. Pax de tenut. 1. p. cap. 33. n. 34. & 35. Gam. decis. 93. huic successioni re-nunciavit anno 1643, in termino fol. 110. atque ad Senatorem Franciscum maioratum transtulit, & alienavit, cum hoc idem impos-tet prædicta renunciatio, ad text. in L. si quis delegaverit ff. de donat. Menoch. cons. 371. n. 17. Unde ex eodem fundamento, supra cō-fiderato, maioratus incepit pertinere ad A. & opponentem in æquali gradu institutori cō-junctos, ut juxta institutionis tenorem inter illos sors maioratum judicasset, vel etiam a l' opponentem jure successionis maioratus fuit

Successione, & Erectione Maioratus, Cap. IX.

133

fuit translatus, cum unicus ultimi successoris tempore alienationis, & renuntiationis extalset successor, quod quidem parum interest in praesenti.

At quia sortes electioni, vel successioni maioratus opponens renuntiavit in termino fol. 111. ex dispositione text. in dict. cap. 1. vel jus futuræ successionis, vel ipsum maioratum perdidit, tum ex predicto fundamento, tum etiam quia in predicto termino alienationi à parente facte consensit, optimus text. in L. quoties ab omnibus, ibi: *Aut quibusdam videntibus alij consenserint, Cod. de fideicom. text. in L. cum pater §. libertis, ibi: Qui non vendidit ceterorum partes, & qui non consentit, &c. ff. de legat. 1. L. nihil proponi §. 1. ff. de legat. 1. eleganter Menoch. dict. conf. 58. à n. 2. cum seqq.*

Igitur quia tunc temporis nobilissima opposentis filia adhuc non existebat, cum renuntiatio facta fuisset anno 1643. illaque fuisset nata anno 1646. ut constat ex certitudine fol. 897. illico ad A. jure successionis (cum aliis non daretur æqualiter conjunctus suc. eflor) maioratus spectavit cum supposita opposentis renuntiatione, & alienationis consensu maioratus successio, quia in pendentri esse non poterat ad A. proximorem, & unicum successorem, statim irrevocabiliter fuisset translata, prout in terminis resolvit Molin. de primog. lib. 1. cap. 12. n. 35. & melius lib. 1. cap. 16. num. 32. & 33. per tot. Mantic. de conjectur. lib. 7. tit. 10. n. 30. Mier. de maiorat. 3. p. 9. 9. à num. 4. 5. & 6. & num. 13. Valenz. tom. 1. conf. 83. num. 4. 8. Giurb. de success. feudal. §. 2. gloss. 10. num. 48. bene Rovit. conf. 15. num. 34. & 35. faciunt quæ Solorzan. de jur. Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 6. à n. 46.

Quod ita indubie procedit, ut illico transferatur in successorem immediatum maioratus, etiam ipso successore ignorante, ex dispositione text. in L. cum pater §. surdo, & muto ff. de legat. 2. text. in L. fin. §. fin. Cod. commun. de legat.

Ex his ergo concluditur, quod maioratus, qui ad Ludovicum, Michaelem, & Antonium pertinebat, non sors successorem eligisset, vel tantum ad opponentem, vel insimul ad illum, & A. spectare incepit, ut probant jura supra considerata, quæ etiam concludunt ad A. nunc pertinere hujusmodi successionem, eo quod illico ad illum fuit translata propter renuntiationem, & alienationem opposentis, ac per consequens opponentem excludendum esse à praesenti successione, de se enim conqueratur opposens, qui nobilissimam maioratus successionem,

Pars II.

vel spem ita inciviliter dimisit, argum. text. in L. quod quis ff. de regul. jur.

Hec ita mihi videntur in praesenti negotio, quin obstant, quæ pro nullitate renuntiationis in favorem opposentis considerantur. Non obstat primum fundamentum à sapientissimo Praeceptore propositum fol. 657. scilicet, quod hujusmodi renuntiatio, ut pote facta sine insinuatione, valere non poterat juxta Ord. lib. 4. tit. 62. in princip. ac ideo nullius esse momenti, opposentemque, adhuc salvo manente antiquo fortis jure, ad sortes una cum A. esse admittendum.

Quoniam respondeatur renuntiationem illam factam fuisse, tempore quo jus renuntiatum pendebat à sorte, prout idem dignissimus Praeceptor affirmat, primus, & amantissimus Sodalis tuetur, & ego visa institutione etiam existimo, que actum redebat conditionalem juxta text. in L. cum pater §. hereditatem vers. nec fideicommissi, & ibi gloss. verbo non fuerit ff. de legat. 2. gloss. verbo suscepisset in L. hæredes mei § fin ff. ad Trebell. Unde quamvis renuntiatio ad validitatem indiget insinuatione, hoc tamen intelligendum est in renuntiatione juris jam constituti, & liquidi, non vero in renuntiatione juris non puri, & liquidi, infinitos referre in terminis Barbos. ad Ord. lib. 4. tit. 62. in princip. num. 1. Castilh. lib. 8. contr. cap. 1 l. n. 8. vers. primo namque, Cald. de empe. cap. 24. num. 1. bene Cancer. var. 1. cap. 8. num. 4. in fin.

Plane jus renuntiatum illiquidum, & non purum erat, cum illiquidum, & non purum sit, quod à conditione pendet, L. cedere diem 213. ff. de verbor. significat. §. sub conditione 4. vers. ex conditionalis inst. de verbor. obligat. Ergo quia renuntiatio jus non liquidum continebat, sine insinuatione fuit valida.

Non obstat etiam secundum fundamentum ab eodem sapientissimo Praeceptore expositum, scilicet, quod in donationibus, vel alijs contractibus gratuitis adjecta pena, qui illam solvit, liberatur, nec tenetur adimplere contractum. Quoniam haec nihil intersunt in praesenti, nam quid interest, quod opposens liberetur solvendo penam, si renuntiatio, & alienatio fuit valida saltet quoad præjudicium opposentis, ut in simili consideravit Menoch. dict. conf. 58. num. 16. in fin. & illico quod facta fuit ad A. ex dispositione legis, fuit maioratus irrevocabiliter translatus. Igitur quamvis opposens nunc potius penam solvere, quam contractum adimplere voluisse, sed maioratum ad A. irrevocabiliter acquisitum, ad illum retrocedere tenuisset, prout in simili, & in fortioribus termi-

M

nig

nis resolvunt, *Mario Cutell.* de donat. inter patr. & fil. tract. 1. discurs. 2. partic. 4. numer. 33. & num. 40. *Giurb.* de success. feudal. §. 2. gloss. 4. num. 43. *Cassanat.* conf. 26. num. 12. cum seqq. *Surd.* conf. 370. num. 15. & 16. *Peregrin.* lib. 2. conf. 24. à num. 24. faciunt quæ *Castilh.* lib. 5. contr. cap. 91. à num. 60. cum seqq.

Ex his ergo, & alijs fundamentis pro temporis angustia prætermisſis, junctis etiam, quæ à sapientissimo Præceptore considerantur à fol. 656. ut hæc renunciatio opponentis neutiquam transactio judicetur, ego A. impedimenta fol. 661. probarem, & ad illum jure successionalis maioratum pertinere judicarem rejectis impedimentis fol. 680. sic revocata Senatus, ac Iudicis sententia. Ulyssipone 4. Augusti 1678. Carneyro.

Ego etiam cum sapientissimis Dominis præcedentibus Reum à jure successionis hujus maioratus excluderem, quia totum fundamentum juris sui in eo consistit, quod tanquam proximior institutori præferendus est, & debet judicari legitimus successor; verum hoc fundamentum eliditur, quoniam sedulo examinatis testibus à Reo productis fol. 313. quibus prætendit probare consanguinitatem cum institutore, nec unicum exceptione maiorem habet testimoniū, qui deponat institutori conjunctum esse, imo potius Actoris, & opponentis testes contrarium plene, & concludenter affirmant, deponentes Reum non habere consanguinitatem cum institutore, & sunt testes omni exceptione maiores, ut bene demonstravit opponentis patronus fol. 543. & hoc idem comprobatur certitudo fol. 879. cum seqq. ubi progenies institutoris ostenditur, quin inter illius successores Rei familia enumeretur.

Nec confessio, ac recognitio consanguinitatis avi Rei facta à transigentibus in scriptura transactionis, eum facit consanguineum proximorem institutori, nec est sufficiens ad probationem parentellæ, & consanguinitatis, esset enim in manu nostra sine probatione legitima, facere aliquem consanguineum ex sola nuda confessione, & recognitione, qui re vera non est consanguineus, quod est absurdum, *L. non nudis, L. non epistolis Cod. probat. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 309. 409. 410. cum seqq. Phab. 2. p. decis. 126. n. 43. & 44.*

Quod confirmatur, quia quando agitur de successione maioratus, feudi, aut fideicōmissi, non à recognoscente, sed à maioribus relicti, ad quam filius à patre voluntarie recognitus, & ut talis habitus, admittendus non est, nisi constet vere ejus filium esse,

quia si forsan ille minus perpenso confilio filium recognovit, non potuit agnatis, & successoribus ex actu voluntario præjudicare, *Pont. tom. 2. conf. 3. per tot. & præcipue à n. 41. quem ad id refert Censald. in addit. ad Peregr. de fideicom. art. 23. vers. quæ conjecturæ, Valeron. de transact. tit. 3. quæst. 2. n. 12. & in fortioribus terminis confessionis factæ in transactione à possessore maioratus eam non nocere agnatis, & quod ex actu voluntario non præjudicetur successori, tenet Molin. de primog. lib. 4. cap. 10. Olea de cess. jur. tit. 3. quæst. 4. num. 32. *Giurb.* decis. 108. num. 11. nec sententia etiam virtute talis confessionis lata præjudicet successoribus, Fusar. de subst. q. 622. num. 27. addent. ad Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. n. 2. vers. sexto limitatur, Mier. de maiorat. 4. p. q. 14. à n. 4. multis relatis Scobar. de puritat. sanguin. 2. p. q. 6. §. 2. n. 20.*

Ex quibus omnibus judicandum est, quod confessio, & recognitio consanguinitatis avi R. erga institutorem, facta à transigentibus in scripturis transactionis, nec sententia virtute confessionis, ac recognitionis lata faciunt R. consanguineum proximorem institutori, nec sunt sufficientes ad probationem parentellæ, & consanguinitatis cum illo, ut in terminis *L. 11. Taur.* multis comprobant *Castilh.* tom. 6. contr. cap. 125. à num. 12. *Camil. Borrell.* in sum. decis. tom. 2. tit. 3. num. 58. *Gratian.* discept. cap. 562 num. 78. *Menoch.* de præsumpt. lib. 6. præsumpta 53. num. 33. *Valeron.* ubi supra num. 15. *Mier.* de maiorat. 2. p. q. 2. à num. 159. *Merlin.* decis. Rot. 716. per tot. tom. 2. *Noguerol.* allegat. 25. num. 326. Igitur refellerem exceptiones fol. 731. in quibus Reus prætendit, quod judicetur legitimus successor hujus maioratus de jure Actoris, & opponentis judicium interponere non possum cum tantum circa exclusionem Rei mihi dicere liceat. Vlyssipone 18. Septembris 1678. Quifel.

De quæstione in hoc processu agitata jam prata satis biberunt, nil addendum superest, solum in electione arbitrij totus labor versatur, non equidem circa Reum impedimenta, de quibus fol. 731. eo quod jam per supra citatos DD. præcedentes uniformiter sunt rejecta, imo circa impedimenta, tam ab Actore oblata, quam ab opponente producta.

Ego enim ne admittamus esse in potestate opponentis, ejusque patris successoribus suis nocere per renunciationem à semetipſis factam fol. 111. proclivior sum ad placitum sapientissimi Domini, qui primo loco deliberravit sequendo placitum illius eximij Senatoris,

toris, qui meliori fruitur ævo, de quo fol. 47.

Quamvis enim opposens per renunciationem se abdicasset à jure succedendi, non se abdicavit, nec abdicare poterat à gradu, in quo naturaliter erat, unde cum instituens præcepisset, ut inter æquales in gradu sorti locus esset, certumque sit A. & opponentem esse æquales in gradu, igitur adimpleatur in eis instituentis præceptum, & secundum sortis fortunam administratio hujus capellæ commendarem juxta ratiocinationem primi sapientissimi Domini. Vlyssipone 20. Aprilis 1679. Doctor Alvarez Coelho.

Impedimenta Actoris, & opponentis, circa quæ tantum mihi dicere incumbit, recipere, & probata judicare non dubito, eo modo, quo doctissimi Domini primo, & quanto loco deliberantes resolvunt, ut Actor, & opposens periculum sortis subeant, qui in pari gradu inveniuntur, ab nepotes scilicet institutoris.

Neque officit, quod tempore mortis ultimæ possidentis Dominæ Hieronymæ extiteret Ludovicus pater opponentis, qui erat in proximiori gradu, quam Actor, eo quod Actoris pater non erat in vivis, quia non ideo transmissa fuit in opponentem succedendi certa potentia, pendebat enim à sorte, quæ mittenda erat inter ipsum, & illos consanguineos Antonium, & Michaelem Feyo, eo quod erant in gradu æquali, tanquam institutoris pronepotes, cumque omnes fugissent sortis judicium, secundum quod deferenda esset maioratus successio, nullum jus certum transmisit in opponētem pater ejus, & nunc, quia vult excludere Actorem à reivindicatione contra Ream extraneam intentata debet sorti se submittere, quoniam contendit cum Actore in gradu æquali existente, ut observetur norma ab institutore disposita fol. 21. & 22.

Neque etiam circa graduum denumerationem, & proximitatem dubitari potest, constat namque ex attestationibus factis fol. 879. per viros in genealogia eximios, & fidelidos, quibus nec Actor, nec opposens contradicere possunt, ambo namque illorum attestationibus usi fuerunt, & licet judicialiter non deposuissent, non ideo eorum dictis minuenda est fides; quia quod approbarunt, non possunt contradicere, & ulterius convenient cum alijs documentis: neque conventionem aliquam invenio in opponente, ut omnino à sortis fortuna excludatur, ut delineatum est in prima deliberatione doctissima. Vlyssipone 29. Septembris 1679. Vanus essem.

Pars II,

Hec sententia fuit impedita cum exceptionibus, quæ fuerunt rejectæ, & rejectio fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Actor, & opposens, qui in æquali gradu institutoris maioratus linea directa contentiva tamen sunt, & in eodem gradu cum ultima administratrice, ac ejusdem sexus sunt, in quibus terminis præstandæ sortis clausula ab institutore disposita verificanda videtur, illius dubium eventum delitantes doctam sententiam diversis exceptionibus impediunt, ex quibus sine sortis periculo unusquisque sibi successionem maioratus determinari vult.

Et A. exceptiones fol. 732. mihi sine ullo fun'amento videntur, ex his quæ in eruditis doctissimorum Patrum deliberationibus scripta sunt, quod scilicet opposens, & illius parens, quamvis sibi possint præjudicare, renuntiando maioratus successionem, vel sortem, nullo tamen modo in præjudicium suorum descendantium, qui in renuntia non intervenerunt, terciæ personæ sunt, quibus inter alios acta præjudicare non possunt.

Exceptionum opponentis octavus articulus fol. 949. materiam novam continent, & mihi receptibilis, ut quia probata sententia quoad sortes secundum meum judicium est reformanda; non enim secundum institutionem à fol. 7. intelligo sortibus fieri locum, nisi cum maioratus successionem prætendentes in eadem, vel æquali linea, gradu, & sexu sint, & extra casum, quo prædicti maioratus successio sit per sortes deferenda jure ordinario successionis, regularis defertur, in successione autem regulari à tempore ultimæ administratricis mortis statim dominium, seu jus successionis maioratus transfertur ad legitimum, & certum successorem, cumque opponentis pater tempore mortis Antonij, & Michaelis Feyo fuerit superstes sine aliquo consanguineo æquali, A. namque erat in gradu inferiori, & tunc temporis jam mortua esset ultima administratrix, quod statim ad certum, & legitimum successorem transfertur jus successionis maioratus; acquisitum fuit confessim opponentis parenti, eo quod mortua administratrix ultima, mortui etiam faciunt consanguinei, & jus successionis in illo ab ulla sorte non pendit, & dicendum jus nullo contractu, tam anteaquam, quam postea celebrato possit à se abdicare in præjudicium suorum descendantium ex supra dictis.

Et ita quia A. secundum predictam causam non est in æquali linea cum opponente, quia opposens est in effectiva directa suc-

M ij

cessoris

cessoris parentis, A. in contentiva remotissima, inter illos sortes locum habere non possunt probatis Antonij, & Michaelis mortibus in vita Ludovici patris opponentis. Vlyssipone 28. Octobris 1681. Sylva & Sousa.

In hoc processu evolvendo, & veritate inquirenda multum temporis, multumque laboris impendimus, faxit Deus, ne oleum, & operam perdidissemus, exclusa optimo jure Rea, & eo qui melius locum se accinxit A. & opposens pro statione persistunt, impigre, & acriter praeliantes, & supposito, quod aequali gradu ultimam attingant possidentem, & uterque ad institutorem sanguinem se referat, pro constanti teneo ad sortis aliam esse admittendos, idque ex testatoris iudicio fol. 21. vers. non quidem absone deducitur ad maioratum, quem instituit, Hieronymum filium vocavit, subdens, ut eo sine labore vita functo, velejus posteritate extincta, certi ejusdem testatoris filij, quatuor erant, ad sortis fortunam admitterentur, ecce expressum explosa linearum consideratione, & praerogativa, quid enim si sors a juniorem deerrasset, plane linea ex prioritate temporis nativitatis, eos, qui illas constituunt, estimatur, Molin. de primog. lib. 3. cap. 29. & 30. ergo cum testator filios ad conversum sortis vocavit, ad lineas non respexit, sed tantum ad gradus aequitatem, & sunt quidem attente notanda verba testatoris fol. 21. ibi: *Cada hum dos ditos seus filhos, como forem vivos.* Sed quia lineae non tam respectu nativitatis, quam etiam vocationis considerari possunt, & debent, semper enim expresse vocatus, & ab eo descendentes, quamvis remotiores, praeferendi sunt, L. cum ita §. in fideicommis. ff. de legat. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 33. & lib. 3. cap. 6. num 2. vers. secunda consideratio, Surd. conf. 125. num. 16. Menoch. conf. 325. num. 53. Valenz. conf. 23. num. 34. Gam. decis. 160. num. 3. in presentibus terminis, omnes filii ad sortes aequaliter admissi sunt, ex quo dici nequit lineam fuisse constitutam ex vocatione, & ne etiam dicatur, acquisitam esse lineam ex occupacione successionis sumus in terminis, de quibus nullus ex ascendentibus contendentium successionem occupavit, est ergo amplectenda sententia doctissimorum patrum, qui in praesenti ad sortes recurrendum esse decreverunt. Neque obstat, quod utraque pars in contrarium alleget: non quod opposens, scilicet, quod mortuis illis Feyos absque liberis, patri suo locus aperiretur, cum quo si A. contenderet, jure proximioris gradus vinceretur, quia allegatio ista vanillima est,

inspecta forma ab institutore assignata ibi à fol. 21. ad fin. Os que mais chegados se acharem, id est, quod proximiores gradu existant, quibus verbis representatio excluditur, Gam. decis. 59. num. 4. & ideo hodie opponens ad ius, quo A. patri competebat, recurrere non potest, maxime statim alia illa causa, quamvis diligenter notandam esse admonimus, licet *cada hum dos ditas seus filhos, como forem vivos:* quod autem opposens decimo impedimentorum articulo dicit mittere sortem inter eus patrem, & illos Feyos, ridiculum est, ignorat, ne nobis vivos occidendi, non vero mortuos suscitandi data esse facultatem? Quod si fieret, & ad diuersos Feyos sors declinaret, quid deinde? Iudicium inter mortuos, solus ille aeternus, & omnipotens Index constituet, cum ad ejus adventum resurgentemus.

Objecta ab Auctore impidente facile diluvuntur, toties renunciationi ab opposentis parente, & ab ipso oppONENTE factae inservit, sed frustra; nam renunciatio patris filio non cere non potuit, pluribus Fusar. de subl. q. 597. num. 1. Secundo ex eadem ratione, qua renunciatio ab oppONENTE facta, ei in praesenti prejudicium non infert, quia renunciatio stricti juris est, Carleval. de jud. lib. 1. tit. 1. disput. 1. q. 2. num. 138. Valenz. conf. 179. a. n. 45. neque extendi potest de re ad rem, de casu ad casum, vel de persona ad personam, Cyriac. contr. 283. num. 46. Surd. conf. 416. num. 21. faciunt quae Salgad. in labyrinth. p. 3. cap. 13. à num. 20. Cum ergo dictae renunciations in favorem Senatoris quondam Francisci Lopes factae proponantur, non utique Actori, vel alteri cuique prodelle debent. Iudicato itaque censeo adhaerendum. Vlyssipone 30. Martij 1682. Pereyra.

Convenio. Vanvessem.

Nemo sua sorte contentus vivit: uterque impediens sortem, quam illis sententia praefat, rejicere intendunt, & amplius volunt, quod istius maioratus successio per arbitrium judicum, quam per eventum sortis adjudicetur, securius querat judicium hominum, quam sortes eventum, sed injuste, quid magis dubium, quam omne illud, quod à iudicio hominum pendet, judicium sortis dicitur judicium fortunæ, cuius dux est Deus, ita Bald. in L. fin. Cod. communia de legat. 1. notabili, & in Psalm. 30. in manibus tuis sortes meæ, quo in loco Divus Augustinus in 2. concione ejus Psalmi: sors, inquit, non aliquid malum est, sed res in dubitatione humana, divinam inducens voluntatem: & ipsa verba scripta sunt in cap. 26. q. 2. & in sorte non est electio, sed voluntas Dei, & habetur Proverbior.

verbior. cap. 16. in fin. Sortes mittuntur in sum, sed à Domino temperantur: & iterum ejusdem lib. cap. 18. contradictiones compri- mit sors, inter potentes quoque dijudicat: & Isaias 34. & misit eis sortem, & manus ejus divisit illis in mensuram: si ergo judicium sortis judicium est, in quo Dix est Deus, & cuius finis pendet à voluntate Dei, injus- ste sane quærunt impedientes judicium ho- minum, & rejiciunt judicium Dei, optimo ergo jure sententia impedita hujus contro- versiae decisionem ad judicium sortis mittit.

Sed nimis urgent fundamenta à sapien- tissimo Domino ponderata, in sua aurea de- liberatione hunc maioratum Actori judicat, & præcipue à fol. 920. vers. §. At quia, ubi affirmat opponentem virtute renunciationis à fol. 111. jus sortiandi amisisse, quod com- probat ex text. in cap. 1. tit. 26. lib. 2. si de feu- do defuncti contentio sit inter dominum, & agnatos vassalli §. Titius, & deficiente vice in opponente jam ad sortes non poterat ad- mitti, in quibus terminis non erat locus elec- tio ni, & Actori, qui solus re nanebat, ma- joratus successionem obtinebat, hanc quidem quaestionem, quam sapientissimus Dominus tetigit, altiorem requirit indaginem, & sane fateor, quod in re tam ardua, & postquam tanti doctissimi viri subtiliter in hujus pro- cessus serie deliberarint, mihi solam incum- bebat jam dictis submittere, attamen obli- gatione coactus necesse est judicium meum interponere.

Non facilis quidem decisionis est hujus quaestio- nis resolutio, an scilicet opponens jus suum renuntians illud amisit, & prius- quam ad solutionem aggredior, quaerendum est, an personale sit hoc jus, vel non, & in- difficilius specialiter de hoc jure in jure repe- riatur, ad regulas juris recurrere necessa- rum erit, in quibus habetur, quod omne jus ad hæredes transmissibile, plerumque cessible est, & è contrario, quid quid ad hæredes transmissibile non est, nec id quoque cessible est, L. ex pluribus 24. ubi Bart. & alij ff. de administr. & pericul. tutor. L. non so- lum 67. §. si puella ff. de rit. nuptiar. L. si sti- pulatus fuerim 26. in princip. ff. de verbor. obligat. Bald. in L. ultim. Cod. de hæred. vel act. vendit. Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 26. gloss. 1. num. 47. Et cum hoc jus ad hæ- redes transmissibile non sit, nec cedi, nec transmitti potest, est enim jus personale, quod cedi non potest, cum personam ipsam non transgrediatur, illud est jus personale, quod personæ adhæret, & ab ea avelli nequit, sicut sunt operæ officiales, L. si non sortem §. libertus, & ibi Iason in 13. notabili ff. de

Pars II.

condit indeb. L. pro hærede §. si quid tamen ff. de acquirend. hæred. L. opere in rerum ff. de operibus libert. Tiraq. ubi supra num. 51. Hoc jus ad sortes vendi conceditur ab instituto. re illi tantum in quo paritas gradus reperi- tur, hęc qualitas gradus inseparabilis est personę, cui adhæret, ergo tanquam persona- le jus, nec cedi, nec transmitti potest.

Est etiam hoc jus personale, quia extin- guitur cum persona, sicut ususfructus, quia ex eadem ratione jus personale est, L. 3. §. ult. ff. quib. mod. ususfruct. amittat. L. 3. L. se domina 10. L. ambiguitatem 12. L. corrup- tionem 16. Cod. eod. Omne jus personale su- b'ata persona ejus, cui inhæret, amplius sub- hætere nequit, sive loquatur de pactis, & conventionibus in personam conceptis, sive de privilegijs, & beneficijs uni alicui nominatim indultis, L. in fin ff. de const. Princip. L. ex pluribus 42. ff. de administr. & peri- cul. tutor. L. maritum 12. cum L. sequenti ff. solut. m. ir. E. non solum 8. § tale legatum ff. de liberat. leg. L. in omnibus causis 68. & L. privilegia 196. ff. de reg. jur. Hoc jus solum concessum fuit habito respectu ad qualita- tem gradus: ergo circa illam personam, cui qualitas gradus inhæret, extendi nequit, & cum ipsa extinguitur, sicut etiam ususfruc- tus, & eodem modo, quod ususfructus, & jus utendi, ac fruendi cedi, nec transmitti po- test ex dict. L. 1. ff. de servit. L. 3. § fin. ff. qui- bus mod. ususfruct. amittat. L. usufruct. 9. Cod. de usufruct. L. si ususfructus 69. ff. de jur. dot. §. finit. 3. inst. de usufruct. tenet Pe- tr. Barb. ad L. usufructu 58. à num. 1. vers. præterea. Ubi late etiam ex eadem ratione, nec etiam hoc jus sortiandi cedi, nec trans- mitti poterit.

Quibus sic prænotatis subintrat nostra principaliis quaestio, an opponens, qui hoc jus transmittere, nec in alium transferre po- terat, si per renunciationem, & cessionem, quam istius juris fecit, illud amisit: In qua quaestione etiam ad usumfructum, & ad jus utendi, ac fruendi recurrere debemus, in quo jure adeo controversa est præsentis quaestio- nis dubitatio, nam cessione ususfructus extraneo facta, quod ususfructus amittatur, variant DD. pro affirmativa, tenent Paul. Castr. Alex. Iason. & Ripa in L. qui Roma 122. §. duo fratres ff. de verbor. obligat. Emmanuel Mendes in repet. L. cum oportet 6. Cod. de bon. que liber. p. 2. num. 119. Lara in L. si quis à liberis 5. §. parens num. 70. ff. de agnoscend. & alend. liber. Felician. de censib. lib. 2. cap. 4. num. 4. Gom. tom. 2. var. cap. 15. de servit. n. 17. Donel. lib. 10. cōmentar. de ju- re civil. cap. 19. pag. 536. & alij plures.

M. iii

Alij

Alij verò existimant propter cessionem extraneo factam, jus utendi, ac fruendi non amitti, ex gloss. in L. arboribus 12. §. ususfructuarius ff. de usufruct. Barb. in d. L. ususfructu 58. num. 4. ff. solut. matr. Pinel. in L. 1. p. 3. num. 39. in fin. Cod. de bon. matern. Vvesembach. in paratit. ff. quib. mod. ususfruct. amittat. num. 5. Castilb. in tract. de usufruct. cap. 69. num. 22. cum s. qq. Vbi late, & ibi alios refert, & horum sententia probabilius, & communior est, ut notat Castilb. supra, tum quia est opinio nostri Petr. Barb. tum quia in §. finitur 3. inst. de usufruct. ait ibi Imperator expresse, quod cedendo extraneo nihil agi: quæ phragis nihil agi idem valet, quod nullius esse momenti. Ideoque, verba ista magno cum mysterio per Iustinianum sunt adjecta, ut is declareret, talem cessionem nullam prorsus, & inutilem reddi, nec ususfructus extinctionem, aut amissionem inducere.

Ex quibus omnibus jam apparet vera resolutio nostræ quæstionis, in qua opponens jus personale, & personæ suæ inhærens per dictam renunciationem in R. transmittere voluit, sed inutiliter cessit, & transmisit, & R. extraneum esse, ita ex actis probatur, in quibus pro extraneo judicatum extat, ergo sicut ususfructus extraneo cessus non admittitur, eodem modo opponens jus suum, quod extraneo cessit, illud amittere non debet, quod nullum est, nullum produxit esse, & cum opponens, nulliter jus suum cessit, & illud non amisit, idem jus habet, quod ante renunciationem habebat, & ad sortes ingredi re debet, ac si non renunciasset, ita ut si sors super illum ceciderit, statim maioratum capiat cum fructibus à lite contestata, adhuc in vita R. cui renunciatio prodesse nequit, tanquam nulliter facta.

Quapropter admissa nullitate renunciationis, & quod per illam jus suum opponens non amisit, omnia corruunt fundamēta, quæ in dicta renunciatione nitebantur, nec text. in dict. cap. 1. §. Titius, nostræ quæstioni adaptari potest, loquitur enim in jure succedendi in feudi, quod jus non est personale, imo transmitti, & cedi potest, & ad hæredes transit, nec vassallus in præjudicium proximioris agnati cedere potest feudum, quamvis in iplius præjudicium possit, & hoc est quod textus iste decidit, ad cuius intelligentiam videndus est Cald. de renovat. q. 13. n. 4. eodem modo jus petendi renovationem est jus in re, cedi, legari, & transmitti potest, Pinheir. de cens. p. 2. disp. 7. sect. 1. num. 12. ubi alios refert. Et casus iste adeo diversus est à casu, de quo loquimur, in quo jus renunciatum mere personale est: quoniam oppo-

nens nullum aliud jus habebat, nec aliquam commoditatem, nisi tantum jus sortiendi, & dubiam spem, ut per sortem maioratum capere potuisset, & hoc tantum jus cedere poterat, & nulliter cessit, quod jus personale est, & ideo non transmittitur.

Ex quibus omnibus impedimenta A. à fol. 931. rejicerem, quorum fundamenta satis ex supra dictis subvertuntur, & impedimenta opponentis à fol. 928. recipere, & pro probatis judicarem, in illa parte tantum, in qua sententia jubet, quod casu quo sors illi maioratum tribuat, in ejus vita Reus non teneatur maioratum illi restituere, & in hac parte sententia reformanda venit, ut statim Reus maioratus bona restituat cum fructibus à lite contestata, tam Actori, quam opponenti, illi cui sors maioratum dederit. Vlyssipone 24. Octobris 1682. Motta.

Circa impedimenta fol. 932. jam evictum est, circa alia vero opponentis fol. 928. dicere tantum incumbit, & quamvis jus utendi, ac fruendi sit personale, attamen si ususfructuarius tale jus cessit etiam extraneo, illud amisit tali modo, ut amplius in sua vita recuperare tale jus non potest, ut iterum ususfructuarius sit, constat ex desistentia, & cessione fol. 111. quod non solum pater opponentis, sed ipse opponens desistentiam fecerunt in favorem Senatoris Francisci, & ejus descendientiam, & ususfructus per inere jam non potest opponenti in vita sua, & cum pro sua parte in suis impedimentis nihil allegetur de novo, ut sua impedimenta recipiantur, illa rejicerem, cum secundo Domino, qui satis docte deliberavit, & cum tertio, cum quibus convenio in confirmationem judicati. Vlyssipone 23. Decembris 1682. Almeyda.

Ad hanc consanguinitatem proximiorem dirimendam, judicandamque, ad hoc ut declaretur inclusio, aut exclusio successionis maioratus, semper atteditur ad vocationem, & illa deficiente ad illas quatuor qualitates requisitas ad successionem obtinendam, videlicet linea, gradus, sexus, & etas, ita ut primo loco attendatur linea, secundo loco gradus, tertio sexus, quarto etas, ut diximus Forens. resol. cap. 4. num. 159. & Mecitato hoc in loco doctissima deliberatio, de qua in comment. ad Ord. tom. 7. lib. 1. tit. 87. §. 4. num. 75. & infra dicemus late cap. sequenti, & de linea ibi diximus, nunc tantummodo ad probandam consanguinitatem, de qua agimus, agendum est de gradu, ad hoc ut per ilijus considerationem resolvatur consanguinitas proximior requisita ad maioratus successionem, deficiente vocatione, aut linea,

Quia

438 Quia data vocatione, aut admissa linea, de qua cap. sequenti, proximitas gradus non computatur, aut numeratur respectu sanguinis, sed tantum respectu successionis, & dicitur proximior, qui est inclusus, aut vocatus expresse, aut tacite per conjecturas ab institutore, & tunc remotior proximior in sanguine, & proximior vocatus, aut inclusus in successione, quia datur duplex proximitas una respectu sanguinis, altera respectu successionis, & ista preferentiam habet illi, ex alijs Altograd. cons. 58. num. 90. Peregrin. art. 22. num. 8. & 21. Fusar. cons. 26. & 9. 357 num. 1. Castilb. lib. 5. cap. 93. num. 10. & 11. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 13. n. 34. Ord. lib. 4. tit. 100. §. 5.

439 Prout etiam non dicitur consanguineus proximior, sed remotus, qui est in linea posteriori, licet sit in sanguine proximior ultimi possessoris, Robles de repræf. lib. 2 cap. 30. num. 18. & 31. vers. nam licet, Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. num. 14. & cap. 6. num. 30. Surd. cons. 403. num. 16. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 6. num. 13. & vers. nam linea, & vers. nec existentibus, & vers. quia linea, & vers. ita ut linea, & vers. siquidem, & vers. usque adeo, & n. 14. vers. remotior.

440 Vocatio enim habet priam causam successio-
cedendi, Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. & diximus forens. cap. 4. num. 122. in secunda impressio-
ne, & ea deficiente linea Molin. de primogen. cap. 3. num. 12. & cap. 6. num. 22. lib. 1. & lib. 3. cap. 4. num. 13. & cap. 6. num. 33. & 50. Cardos. post tract. de jur. accresc. respons. 2. n. 36. Valenz. cons. 57. alias 97. num. 13. Sousa in L. femin. num. 16. & 18. ff. de regul. jur. Fontanel. dec. 34. num. 4. & 5. Phab. dec. 22. num. 12. Robles de repræf. lib. 13. cap. 4. num. 14. Leo dec. 1. num. 69. Cutel. ad Leg. Martin. not. 53. num. 33. vers. quod ne. Flores var. lib. 1. q. 19. num. 21. & 32. Pereir. dec. 122. num. 1.

441 Et cum deficiente vocatione, & linea, in-
tret gradus iste, cum agitur de matrimonio, com-
putantur secundum Iuris Canonici dis-
positionem, & cum agitur de successione
bonorum, aut aliarum rerum, computantur
secundum dispositionem Iuris Civilis, Cap.
ad sedem 35. q. 5. Cov. Sanch. Scobar, Gra-
tian. Cevall. Leo, quos refert Cresp. de Val-
daur. observ. 96. num. 5. & 6. gloss. in §. ha-
bentus inst. de gradib. Mier. de maiorat. 2. p.
9. 7. tom. 1. Molin. de just. tract. 2. disp. 101.
Garcia de benefic. tom. 2. cap. 15. num. 23. p. 7.
& num. 25. Surd. cons. 5. num. 20. de qua re-
diximus in comment. ad Ord. tom. 5. ad tit.
67. §. 15. pag. 378. & dicemus infra cap.
seq.

Nam gradus computatio, diverso modo fit 442
Iure Civili, quam Canonico, inter transver-
ales, fratres enim Iure Civili dicuntur esse in
secundo gradu, Iure Canonico in primo, quia
Iure Civili computantur, non solum perso-
næ, ascendendo usque ad communem stipi-
tem, sed ab eo etiam descendendo, usque ad
aliam personam, de cuius consanguinitatis
gradu queritur, & tot dieuntur gradus, quot
sunt personæ in utroque latere, una dempta,
ut tenet Crespo d. observ. 96. num. 1. & 2.
quod Iure Canonico solum inspicitur per-
sona remotior à communi stipite, & enumera-
rantur usque ad illud tantum, absque eo
quod alio latere descendatur. Et quanto gra-
du distat persona remotior à communi stipi-
te, toto gradu dicuntur transversales dista-
re inter se. Sunt autem tot, quot personæ enu-
merantur usque ad communem stipitem
una dempta, ex text. in cap. ad sedem 35. q. 5.
Atque ita filius fratris Iure Canonico distat
à privato secundo gradu, Iure vero Civili fi-
lius fratris distat à patruo in tertio gradu.
Fratres autem patrules, sive consobrini di-
stant in quarto gradu, proinde in successio-
ne intestata patruus defuncti praesertim con-
sobrini, L. avunculo 6. Cod. com. de success.
Parlador. ver. quot. lib. 2. cap. 15. Boer. dec.
202. L. 1. L. Iurisconsultus ff. de gradib.

Quoties autem agitur de probanda pro-
ximitate, sunt considerandi tres graduum 443
ordinis; nam gradus cognationis, alij supe-
rioris ordinis sunt, alij inferioris, alij ex
transverso, sive à latere, superioris ordinis
sunt parentes, inferioris liberi, ex transver-
so, sive à latere fratres, & sorores, L. 1. cum
similibus ff. de gradib. Et quamvis quoties
agitur de aliqua successione, possint concur-
rere inter se ordinis superioris, & inferioris
ad successionem, non est ita in ordine trans-
versalium, quia non possunt concurrere,
nec succedere cum alijs, quoisque omnes
deficiant, quamvis sint ulterioris gradus, L.
1. ff. de grad. vers. itaque §. sint autem vers. &
primo inst. de bonor. poss. ubi gloss. verbo unde,
L. cum ita §. in fideicomisso, L. peto § fratre
ff. leg. 2. ubi DD. gloss. celebris in L. fin. Cod.
verb. sign. verbo post eos, Menoch. cons. 820.
num. 9.

In maioratibus autem regulantur grada-
tim, & ordine successivo, L. si sequens gra-
dus ff. ad Sylan. & ibi gloss. verbo si sequens,
ubi substitutus dicitur esse in sequenti gradu
respectu hæredis, L. 5. ff. unde cognat. ibi:
Sed gradu cognatorum rursum vocantur, Va-
lenz. cons. 97. num. 87. Mier. de maiorat. 2.
p. q. 6. num. 349. ibi: Ad quæ addo, quod or-
do successivus dicitur, quando gradatim defer-
M. iiiij sur

tur fideicommissum, etiam inter collaterales, L. ult. Cod. verbor. sign. L. cum ita §. in fidei-commisso ff. leg. 2. Et successorium edictum appellatur, cum bonorum possessio defertur, non solum de gradu in gradum, sed etiam de capite in caput, & ibi multos refert, & secundum has resolutiones resolvenda est proximitas consanguinitatis ad inclusionem successoris maioratus.

445 Tota controversia consistit in consanguinitate, & filiatione probanda, quando de ejus allegatione dubitatur, ad cuius verificationem, notandum est legitimatem filiorum ex legibus esse, & ab eis primum sumptuisse non esse, & esse tam, cum enim in Imperij Romani venabulis excrescente indies viventium multitudine, natura humana jam diu per cato corrupta libidinis, & incontinentiae turpitudine rueret in peius, leges, ut effrenatam illam morum tempestatem cohibent, omnes, qui ex honesto coitu nascebantur, illegitimitatis macula notarunt, & a parentum successione avertere, & solos ex honesto, & justo conjugio ortos legitimos habuerunt, & legitimatis privilegijs condonarunt, ut Iustinianus testatur in auth. quibus mod. natur. efficiant. sui col. 7. Faber in jurisprud. tit. 9. princip. 2. illat. 1. optime Barra contr. forens. 42. Ramon. conf. 22. & 23.

446 Igitur de filiis illegitimis, & legitimis, & de ejus filiatione, successione, & consanguinitate transversalium ex illis procedentibus, & ab institutore agendum erit, ut facilius nostra materia resolvatur, & cum illegitimi, & naturales, ut diximus, ante matrimonium nascetur, de illis agendum primo loco est.

447 Quia cum prima successionis causa sit liberorum, Cap. 1. de success. fratr. ibi: Mortuo enim eo, prima causa liberorum est. Cap. 1. de success. feud. auth de hæred. & falsid. §. inordinatum, de illis ante omnia dicendum dumximus, & notandum legitimorum, & illegitimerum plures esse species, eo quod concubitus, quibus filii procreantur, varius esse possit; siquidem illecebriæ multiplices esse solent, quæ parentes ad eam illicitam conjunctionem ineundam deducere potuerunt. Horum enim quidam dicuntur spurij, alij vulgo concepti, varj alij, aut manceres, aut incestuosi, seu nefarij, adulterini, sacrilegi, nothi, Hybridæ, Bastardi, quorum omnium differentias explicarunt, Paleot. de notbis cap. 16. cum seqq. Rox. de success. ab intestato cap. 1. & 19. Conan. lib. 2. comment. cap. 16. n. 1. Plaça lib. 1. de delict. cap. 4. n. 1. quos refert Fermosin. ad rubric. de filiis presbyter. & alijs illegit. filiis pag. 178. & 179. num. 4. Barb. Telles, Fagn. & Infelix Auditor in ru-

bric. & tit. qui filij sint legitim. Fajard. in tract. de legitim. per subseq. membr. 2. membr. per tot. Ramon. conf. 22. & 23. ad multa.

448 Et omnes isti illegitimi solent frequenter appellari spuri, ut prosequitur Con. d. cap. 16. num. 4. Paleot. supra, Fermosin. n. 5. & secundum Ius Civile dicuntur vulgo quælibi, qui non habent patrem certum, & quando sunt procreati ex parentibus, inter quos matrimonium consistere non poterat, & dicuntur spuri, licet patrem habeant certum, Fermosin. in d. rubric. num. 6. 7. & 8. Robles de repreß. lib. 2. cap. 13. num. 6. & 8. Carvalh. in cap. Raynaldus de testam. p. 1. num. 490. Solorzan. de parricid. lib. 2 cap. 3. vers. & filij isti, Portug. de donat. Reg. 2. tom. 3. p. cap. 18. num. 65. Guarda statim citandus, Fajard. de legit. per subseq. membr. 2. n. 52. & seqq. & per tot. Cyriac. forens. contr. 8. 9. & 203. Aug. Barb. vot. 67. Molin. de just. tract. 2. disp. 167. Pereir. de jur. ind. lib. 1 cap. 17. n. 16. & cap. 18. n. 16. & lib. 3. politic. cap. 19.

449 Hi, inquam, spuri vocantur etiam baleari, ut in gloss. rubric. ff. de concubin. quod nomen est generale comprehendens omnes spurius, aut è contra, ut tenet Fermosin. ad d. rubric. n. 9. pag. 179.

450 Quando autem isti filij dicuntur nati ex damnato, & punibili coitu, & succedant, vel non disponit Ord. lib. 4. tit. 93. & tenet Barb. ibi, Fermosin. d. rubric. n. 10. & 11. ubi multos refert, & ultra eos Carvalh. in cap. Raynaldus de testam. p. 1. num. 502 & seqq. omnibus citatis Portugal d. cap. 18. num. 76. & seqq. Praeceptor Guarda in privat. schol. ad text. in cap. 2. de pignor. ad verb. filium eius, Sanch. lib. 4. consil. cap. 3. dub. 1. & seqq. Birra contr. 41. forens.

451 Inter hos illegitimos alij etiam appellantur filij naturales, qui sic dicuntur de Iure Civili, L. penult. & fin. de concubin. & sunt qui fuerunt procreati, ex concubina domi retenta, & hodie de Iure Canonico, & Regio dicuntur, qui nati sunt ex soluto, & soluta, inter quos non datur impedimentum ad contrahendum matrimonium, ut tenet Fermosin. in d. rubric. num. 5. & disponit Ord. lib. 4. tit. 92. cap. innotuit de elect. cap. tata qui filij sint legitim. Pereir. dec. 12. Robles de repreß. lib. 2. cap. 11. num. 7. Fajard. de legitim. per subseq. num. 23. & 46. Carvalh. in cap. Raynaldus de testam. p. 1. num. 136. & seqq. cum multis alijs exornat Portugal d. 3 p. cap. 18. num. 36. 37. & seqq. optime Gam. dec. 322. Ozasc. dec. 154. Gratian forens. cap. 958. n. 3. Peregr. de jur. fisci lib. 3. cap. 18. n. 20. Aug. Barb. vot. 114. Noguerol. alleg. 25. Scobar de purit. p. 1. q. 4. §. 6. Larr. dec. 43.

452 Ramon. conf. 22. & 23. Ob idque naturales vocantur, quia generavit eos natura, non honestas; & contra quidem in illis, qui legitimi dicuntur, ex legitimo matrimonio nati, ex cap. quod vobis, cap. causam qui filij sint legitim. & ibi D.D. Princip. inst. de patr. potestat. cum alijs Fermosin. d. rubric. num. 5. & n. 22. Carvalh. in cap. Raynald. de testam. i. p. num. 159. ubi multa jura refert, Capon. discept. 266. à 1. 2. & 3.

453 Quamvis enim currente tempore Romanorum, de quo diximus supra, & loquitur Fermosin. d. rubric. num. 19. & 20. naturalium liberorum nomen fuerit legibus cognitum, & varie ab Imperatoribus legitimacionis consequendae fuerint apertae viæ, & ipse ex legibus primo sunt, quas postea Pontifices Romani confirmarunt, inter quas prima illa est subsequentis matrimonij, quā primus Constantinus Christianam Religionem (ut credibile est) jam cum professis, constituit in L. Divi Constantini Cod. de nat. liber. & quam postea suis quisque temporibus, Zeno, Anastasius, & Justinianus, sicut amplexi in L. Iubemus, & in L. cum quis 10. & in L. nuper 11. Cod. eodem tit. & postea confirmavit, & instituit pontificia manu, Alex. 3. in cap. tanta qui filij sint legitimi, de cuius materia ad varias questiones agunt DD. quos Ego ipse refero in comment. ad Ord. tom. 1. ad tit. 1. § 6. gloss. 55. pag. 223. n. 13. & 14. & ultra eos Telles Fagnan. ad add. tit. Roxas de incomp. maiorat. p. 1. cap. 4. n. 18. & seqq. apud quos videre poteris omnes circa d. legitimatem questiones, & apud Doctiss. Aguil. ad Roxas in add.

454 Et cum filii illegitimi prius fuissent cogniti apud Romanos ex eodem Fermosin. in d. rubrica, de eorum filiatione, & probatione consanguinitatis operæ pretium duxi primo in loco, ad hoc ut possit constare de proximitatis probatione, ad nostrum intentum, & illi possint includi, vel excludi, ut infra dicimus, à successione maioratus; & postea dicemus de legitimatis probatione, & consanguinitatis justificatione, adeo necessaria in hac successionis controversia, ut sine illius probatione non possit causa juridice resolvi, pro cuius resolutione notanda sunt sequentia.

455 Imprimis certissima est juris regula, quod qui se fundat in filiatione naturali tantum, debet illam concludenter probare, quia eidem modis probanda est naturalitas, quemadmodum legitimitas, quæ tam doctè, quam copiosè, & luculenter probat in nostris terminis Cæsar Manent. conf. 139. à num. 20.

ut ne actum agamus, liceat ejus verba transcribere, & sunt, quæ sequuntur: Adest tandem instrumentum transactionis, in quo ipsa expresse admisit, se nescire matrem suam; & ubi sumus incerti de matre alicujus, ille semper presumitur spurius, Lupus de illegit. comment. 2. § 3. num. 41. non mirum si nunquam curavit facere capitula de matre sua, prout face-re tenebatur, si talis fuisse. Malvasia conf. 54. sub num. 8. & 9. quia eisdem modis probanda est naturalitas, quemadmodum legitimitas, Abb in cap. 3. qui filij sint legit. Ruin. conf. 52. num. 2. circa medium in 5. Riminal. Iun. conf. 611. num. 33. Præt. lib. 5. dub. 4. n. 218. fol. 548. Albens. conf. 8.; num. 21. Asinus dict. tit. de filiat. cap. 162. Purpurat. conf. 414. num. 2. Quod tamen sibi facile erat probare, si naturalitas fuisse; quia filiatio licet sit difficilis probationis respectu patris, facilis tamen est respectu matris, Ajm. loco citato cap. 164. num. 8. & eo magis facilis in nato ex maliere soluta, Socin. Iun. conf. 67. n. 6. in 4. Hinc Bald. in L. 1. num. 34. Cod. qui accusur. non poss. triplicem esse probationem filiationi: constituit, necessariam, probabilem, & presumptam: necessariam dicit respectu matris, quia cum illa semper sit certa, tanquam facilis, probatione non necessario concludere debet, non presumptive, sed probabiliter, prout est respectu patris. Sequitur Decianus conf. 40. sub num. 1. in 5. Benedictus in cap. Raynutius vers. quæ filium ex eo suscipiens sub num. 15. de testament. Alciat. conf. 58. num. 8. & 9. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 3. & 4. Miscard. de probat. concl. 787. num. 8. Cotta in vers. filius presumitur in fin. & Doctores ad probandam filiationem, & ejus qualitatem, semper formant capitula de patre, & matre, Fulgos. in L. quoties sub num. 1. ff. de probat. Asinus dict. tit. de filiat. cap. 150. Vbi late. Sed ubi sumus incerti de conditione matris, non possumus scire qualitatem filij, quia illegitimus filius semper sequitur conditionem matris, non patris, Surd. de aliment. tit. 1. q. 22. num. 20. fol. 19. ideo ignorata matre filium presumi spuriū, & non naturalem, scribit Rimini. Iun. conf. 187. num. 83. & 92. text. est, & ibi Bald. in L. vulgo concepti in 1. lectur. ff. de stat. hom. Vbi si filius non potest probare, ex quo patre, vel matre natus sit, non potest dici filius, & quod non potest dici, non potest probari, idem probat text. in L. neque naturales Cod. de probat. ubi pater dicebat filiam esse ingenuam, & liberam, non servam, quia se esse talem probabat, sed Imperator inquit, quod illa probatio non concludit, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse, pater

pater quidem potest esse liber, & ingenuus, sed non filia, cum possit esse, quod sit ex serva, & matre ancilla. Unde colligit ibi *Sal. num. 2. in fin.* quod filius nunquam dicitur liber, & ingenuus, quando ignoratur, vel non probatur, ex qua matre ortus sit, idem dicit *gloss. L. circa 14. in verb. ingenuitatis ff. de probat.* ibi: *Respondeo, quia constat fundum aliquando fuisse liberum, sed non hominem, quia servus nasci potuit, ideo ad probandam filiationem legitimam, vel naturalem, semper Doctores, ubi dixi, formant capitula de patre, & matre certis; quia ex illis duobus extremis datur filiationis qualitas, non ex uno tantum,* *Bald. in dict. L. neque natales num. 10. Barb. conf. 27. col. 57. circ. med. in 1.* Sed ubi mater ignoratur, non potest dici filium esse naturale, quia si debet esse soluta, quomodo sciri potest haec qualitas, si ignoratur substantia? Nempe quae sit mater, non potest sciri, inquit *Beroius conf. 20. num. 25. in 2. an quis sit legitimus, vel naturalis, nisi habeamus cognomen ejus naturalem,* *Afin. dict. tit. de filiat. cap. 249. num. 2. & Anchar. conf. 225. videtur prima sub num. 5. in fin.* scribit, quod filius non potest constitui in quasi possessione, naturalis si ignoratur mater, sequitur *Barb. conf. 27. sub num. 12. circa med. in 1.* ubi sumus incerti de statu filij, ille non potest institui, nec illi aliquid legari, *Patian. de probat. cap. 17. n. 5. in 2.*

456 Addo, quod ille, qui se naturalem appellat, necessario plura dicit, & supponit, non dico de Iure Civili tantum, quia nunquam potest dici naturalis, nisi natus sit ex concubina indubitate affectu in domo retenta, videntibus, & scientibus vicinis, *Ruin. conf. 52. num. 2. in 5. Afin. ubi supra cap. 141.* Sed etiam apud Canonistas requiritur saltem, quod sit natus ex soluto, & soluta, & ex talibus solutis, inter quos tempore conceptionis potuerit contrahi matrimonium, *Auth. si quis liberos Cod. de natur. lib. 9. ad hoc autem, Auth. ut licet matri, & aviae.* Igitur omnia ista debent probari, non autem supponi, vel presumi. Primo, quia daretur multiplicatio presumptionum, & fictionum in eodem subjecto filiationis, quod non admittitur in jure. Secundo, quia filius necessario fundat se in tempore conceptionis, quod scilicet potuerit tunc matrimonium existere, inter patrem suum, & matrem suam, & fundans se in tempore omnino teneatur illud probare; ergo omnia ista non sunt presumenda, sed probanda, & justificanda, neque etiam sequitur absurdum, quod plus favemus illegitimis, quam legitimis, & naturalibus; sed isti si volunt succedere patri,

tenentur articulare matrem, & patrem, & eorum matrimonium in facie Ecclesiæ sequutum, vel quod saltē fuerint tenti, & tractati pro vero, & uxore, & ex illis simili cohabitantibus nati fuerint, & educati, *Barb. in L. filium definimus, ff. de his, qui sunt sui in L. non modis Cod. de probat. Alexand. conf. 51. num. 2. in L. par. modo,* qui dicit se naturalem, tenetur supra scripta probare, alias patri non debet succedere, ut cum multis dicit *Fermosin. ad rubric. de filijs presbyt.* *num. 22.*

Idem *Cæsar Manent. conf. 145. num. 18. 457 vers. & quod filius, his verbis, & quod filius presumatur spurius, etiam de Iure Canonicō clare scribit Cephal. conf. 82. num. 65. & ante eum Gloss. in cap. transmissa in verb. spurius, qui filii sint legitimi, & quod ubi quis instituit filium suum, nec expressit matrem, & constat testatorem nunquam habuisse uxorem, filius, ille dicitur spurius, & incapax, scribit Alexand. in L. 3. in princ. ff. de liber. & posth. & anteā in eodem numero ibi, ecce quod Doctores, qui tenentur servare Ius Canonicum, volunt expresse, quod filias in dubio presumatur spurius, ut non succedat patri.*

Ex quibus concluditur evidentissime A-
etorem probare debere filiationem naturalem tantum articulando de patre, & matre, & quod erant soluti, quodque inter ipsos poterat celebrari matrimonium in facie Sancte matris Ecclesiæ, sicque quod est de genere capacium ad succendum; & denique concluditur quoad prætensam successionem, nec de Iure Canonicō habere præsumptionem pro se naturalitatis, imo in dubio præsumi spuriū.

Quae eo usque procedunt, ut sit certissimum, sive filius prætendat succedere parentibus ex testamento, vel ab intestato, vel alio quocunque titulo, debere probare capacitem, & naturalitatem tantum, ut tradit, & ex multis probat *Felicius Patianus in tract. de probat. lib. 2. cap. 17. num. 24.* Id quod indubitanter, & absque ulla limitatione receptum est, quando filius naturalis est Actor, quia tunc debet legitimare suam personam, idem *Patian. dict. cap. 17. num. 23. Prætis conf. 18.* qui loquitur in legato facto per patrem filio tantum naturali, & inquit, quod in dubio presumitur spurius, & incapax dicti legati, nisi ipse probet se naturalem, & capacem, qualem se facit, quia est Actor, *Turreus conf. 67. num. 16. in 1.* loquitur in filio instituto tanquam naturali, qui volebat immitti in possessionem bonorum patris ex remedio *L. fin. Cod. de edit. Divi Adrian. toll.*

toll. & inquit, quod in dubio præsumitur spurius, & incapax institutionis, & quod sola nominatio, & institutio, non constituit illum in quasi possessione naturalitatis, quando tractatur de consequenda hæreditate patris sibi relictæ, *Peregrin. conf. 41. n. 8. lib. 1.* inquit, quod in dubio filius illegitimus à patre institutus præsumitur incapax, & testatur de communi, licet *Craveta* contrarium dicat, sed in *Reo*, idem *Peregrin* in *tract. de jur. fisc. lib. 3. tit. 18. num. 12.* ponit quæstionem, an in dubio filius præsumatur spurius, vel naturalis, ut sit capax, vel incapax, & distinguit, aut ipse est Actor, aut Reus, si Actor, præsumitur spurius, quia ad ipsum spectat onus probandi, *Rota novis. decis. 254. num. 2.* inquit, quod filius dicat se naturalem, ut succedat, cum sit fundamen- tum ejus intentionis, hac debet probare, eadem *Rota in discurs. post decis. 811. num. 10. in 1.* inquit, quod filius Actor, si fundat suam intentionem, quod si naturalis, debet hanc qualitatem omnino probare, & quod *Craveta conf. 166.* non audeat affirmare contrarium, licet dixerit, quod filius in dubio præsumitur naturalis, sed loquitur in *Reo*, *Gutierr. pract. lib. 2. q. 112.* dicit, quod si filius agit, ut succedat tanquam naturalis, debet probare se talem, quia est fundamentum suæ intentionis, *Bertrandus conf. 158. in fin. in 2. p. 1.* inquit, quod filius, agens tanquam naturalis, ut obtineat bona matris ab altero possessa, debet concludenter probare suam intentionem, *Trentacing. conf. 71. n. 12.* & 13. in 1. dicit, quod aut filius est Actor, aut Reus, si Reus præsumitur naturalis, & suc- cessibilis, non spurius, & insuccessibilis, secus si Actor; quæ omnia, & alia plurima ex au- thoritate aliorum gravissimorum Doctorum adducit *Cæsar Manent. in dict. conf. 145. n. 14. 17. & 18.* & melius, & clarius idem *Cæ- sar Manent. conf. 136. num. 8. 9. & 10.* Ubi expresse tenet, quod filius institutus à patre tanquam naturalis teneatur omnino proba- re naturalitatem, & sic concubinatum, alias excluderetur per consanguineos testatoris, quia alio non apparente præsumitur spurius, nec hoc casu statutus assertio patris in testamento, vel extra testamento, quia non est in ejus facultate facere naturalem, qui est spurius, & in dubio, quod filius illegiti- mus, potius præsumatur spurius, quam na- turalis, pene infiniti Doctores restantur, quos allegat, & sequitur *Manent. dict. nu- mer. 10.*

460 Et est generale etiam in materia successo- rum illegitimorum, quod is, qui prætendit successionem, teneatur probare consanguini-

nitatem per lineam legitimam, quia alias pos- set esse consanguineus, & inhabilis ad succe- dendum, puta, si illegitimus descenderet, ut ex *Iasone, Nata, Decio, Mascardo, Oddo, & Patiano*, quos sequitur, & tenet *Cancer. part. 1. var. cap. 5. a num. 66.* quia quamvis à jure quis præsumatur bonus, non tamen se potest fundare in ista præsumptione ad ali- quid obtainendum, ut ex *Decio in cap. super literis num. 31. de rescriptis, & in cap. Oscino Episcopus, de electione*, concludit *Cancer. dict. loco num. 67.* Si ergo legitimus, qui sunt Actores, concludenter debent probare legi- timitatem ad obtainendum, ut etiam infra di- cemus, quanto fortius naturales tantum, alias frusta staret disputatio Doctorum, an filius illegitimus præsumatur, spurius, vel naturalis, quia si in dubio non præsumetur spurius, sed capax ex testamento, vel dona- tione, ipse nihil aliud teneretur probare, cum siue naturalis, siue spurius haberet intentum, & hoc modo semper foret capax, seu de ge- nere capacum, & sic melioris esset condi- tions, quam legitimus, qui semper ubi est A- ctor, ut succedat patri, tenetur probare ma- tritionum, verum, vel præsumptum, pa- rentum suorum, alias non admittetur, ut ratiocinatur *Manent. dict. conf. 145. numer. 12. vers. firma* igitur, & melius concludit *Rolandus conf. 74. in 1. num. 133. cum seqq.* ubi inquit, si filius agat, vel ut naturalis, vel ut legitimus, nunquam obtinet, nisi probet se talem, quam sequitur *Manent. ibid. n. 18.* & tenet alij infra citandi.

Atque ita vocatus tenetur concludenter, 461 & omnino probare, se esse filium naturalem tantum patris, & non sufficit assertio patris in testamento, nec tractatus, & habitus, ut fi- lius naturalis, ita censit *Oldradus conf. 196.* omnius videndus, ubi negat naturalem esse filiam natam ex patre nobili, & paupercula muliere, licet soluti fuissent, *Alciat. conf. 51. num. 1. volum. 5.* ubi loquitur in legato fa- cto per patrem filio tanquam naturali, & in- quirit, quod illi non creditur, *Surd. conf. 177. num. 41. & seqq.* loquitur in donatione fa- cta per patrem filiae naturali, & inquit, quod præsumitur spuria, & quod non creditur pa- tri afferenti illam esse naturalem, quia sumus in prohibitis, idem *Surd. conf. 384. num. 43.* inquit filium illegitimum à patre insti- tutum præsumi incapacem, & quod præsu- mitur spurius, & non naturalis, etiam si pa- ter in testamento illum esse naturalem dixe- rit, idem *Surd. de aliment. tit. 1. q. 10. post n. 35.* Vbi dixit, hæc ratio non concluderet, cum quis instituitur tanquam naturalis, vel ubi fuisset, quid relictum, tanquam tali, quia,

quia tunc onus probandi naturalitatem, & capacitatem, pertinet ad ipsum institutum, vel honoratum. *Reminald. Junior conf. 2. 15. num. 7.* inquit, quod filius in dubio præsumitur spurius, non naturalis, & sic incapax, licet pater esse naturalem dixerit in suo testamento. *Mascard. conclus. 1085. numer. 4.* ubi si filius se fundat in qualitate naturali, debet illam probare, quia non statur afferationi patris in testamento, quod ille sit naturalis. *Menoch. conf. 3. 18. num. 14.* inquit, quod filius in dubio præsumitur spurius, non naturalis, etiam si pater illum nominasset naturalem: & *conf. 651. num. 12. & seqq.* dicit filium institutum à patre, ut naturalem, præsumi spuriū, non naturalem, & sic incapacem, & patri non esse credendum, quia dicitur sequutus vulgi opinionem communem, ex qua spuriū, & incapaces solent etiam dici naturales. *Guidobonus alleg. 128.* agit de filio illegitimo vocato, & substituto à patre: & *num. 3.* dicit, quod in dubio præsumitur spurius, etiam si pater nominasset naturalem in testamento, & quod non existente sbole legitima, neque ex testamento, neque ab intestato, neque inter vivos capere de bonis patris, *Patianus de probat. lib 2. cap. 17. numer. 6.* qui inquit, etiam si pater filium nominasset naturalem, quia alio non docto, spurius præsumitur, quæ, & alia quamplurima scripsit *Manent. dict. conf. 145. n. 12. nsque ad 19.*

462 Et licet *Alciatus* sibi contrarius in alio consilio, nempe in *conf. 58. num. 13. lib. 9. vers. non omitto*, voluerit, quod onus probandi (non esse naturalem) transfertur in adversarium, tamen loquitur contra communem, ut ex supra dictis patet, & non loquitur de institutione, sed de legato, nam posset conciliari, quod loquitur de legato alimenterorum, quod de Iure Canonico potest capere spurius, ex testamento patris: & denique notatur *Alciatus* de varietate, & inconstantia in suis consilijs, quia cum bellica affligeretur, coactum fuisse advocationes, responsaque consulentibus dare, unde non mirum, si pro cliente magis, quam pro veritate respondisse dignoscitur in recitato consilio, itaut nullam profecto fidem mereatur, quæ sic formaliter notavit, & scripsit contra *Alciatum*, *Radenascus in conf. 1. n. 91. lib. 1.* Et enunciativa facta in testamento, vel alio instrumento nihil probat, de filiatione naturali tantum, ut cautum est ab Imperatoribus *Valeriano, & Gallieno in L.* neque possessio *5. Cod. de test.* dum dicunt: Neque professio, neque adseveratio nuncupantium filios, qui non sunt, veritati præjudicat, & que ut

filijs testamento relinquuntur juxta ea, quæ à Principibus statuta iura non deberi, quod juris est idem dispositum est in *L. non nudis Cod. de probat.* dum dicitur, non nudis ad securacionibus, neque mentita professione, licet utriqne consentiant, sed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione solempni filij Civili jure patri constituantur, quibus, & alijs sic probat *Genua in suo tract. de enunt. verbis q. 33. num. 1. & 2. per tot.* ubi tenet regulariter per verba enunciativa non probari, *Cesar Manent. dict. conf. 145. num. 18. in fin. ibi:* Et in uno instrumento dotis, ubi enunciatur naturalis ex quibusdam alijs conjecturis valde remotis inferentibus, potius ad spuriatem, quam ad naturalitatem.

463 Neque probant testes deponentes de naturalitate santi, quia debent deponere de patre, & matre certis, esse filium ex soluta, & soluto, & si deponant de patre, & non de matre, nulla probatio matris potest resultare, quia si fuit soluta, est probandum per rationem sui status, quia non erat nupta, nec in Religione professa, & cum mater non nominetur, nec sciatur, impossibile est concludere matrem solutam fuisse, sicque cum testes de ijs nullam reddant rationem, nullam facere possunt probationem, per ea quæ ex sententia Senatus sui docuit *Cancer. p. 1. var. cap. 13. num. 43.* ubi tener, quod ad hoc ut testes probent, debent reddere rationem sui dicti, & in nostris terminis *Manent. conf. 13. 8. num. 64. & 65.* cum illis formalibus verbis: Pariter non concludit, quod sit naturalis, nisi probetur, quod fuerit concubina, vel soluta, licet probetur patrem solutum; & satis abunde probatum est supra, ex *Manent. dict. cap. 39. à num. 19.* Vbi constat probationem respectu matris, non debere esse presumptam, sed necessariam; quia mater semper est certa, & cum sit facilis probationis, necessario concludere debet, non presumptive, ubi plurimos allegat ad istam indubitatem sententiam confirmandam.

464 Deinde quando testes non deponunt de nominatione, tractatu, & reputatione filiationis certa, & indubitate, sed tantum dubitativa, & valde incerta, & varia, non probant, imo spuriatem confirmant, per ea quæ docet *Manent. dict. conf. 136. n. 15.*

465 Et pro clariori omnium supradictorum intelligentia, animadvertisendum est, filium ad suam filiationem prætentam probandum posse quidem ipsam juvare, & suffragari quoad postessorum filiationis, nullatenus vero quoad petitorum, ut docebat probat in nostris terminis *Fulvius Patianus de probat. lib. 2. cap. 6. num. 17. & 279.* quem sequitur pluri-

pluribus alijs allegatis Cesar Manent. in dict. conf. 138. à num. 37. & num. 57. Vbi plurima argumenta, & concludentissimas rationes ad aliud institutum probandum cum cupiosissima Doctorum allegatione adducit, & late percurrit, & conf. 139. num. 42. & melius num. 44. ibi: *Quia in petitorio non sufficit sola nominatio, & tractatus patris, sed requiriatur, ut plene, & concludenter probetur naturalitas.* Alciat. conf. 5. num. 57. lib. 4. Malvesia conf. 64. num. 15. & 16. Surd. conf. 423. num. 40. Puteus decis. 173. num. 2. in 2. quæ eousque procedunt, ut in casu institutionis universalis constituitur in quasi possessione filiationis, ut ex Mascardo, Surdo, Rolando, Lupo, Galiaula, Riminaldo Iunior, & Riminaldo Seniore tenet Manent. dict. conf. 138. num. 21. licet contrarium teneat Valenz. conf. 169. num. 64. & seqq. quia convincitur ex dictis.

Nec obstant prætensi tractatus, fama, aut nominatio probata; quia ista possunt se habere ad filiationem spuriam, vel adulterinam, & incestuosam, atque ad naturalem, ut probat in terminis Patianus dict. cap. 6. num. 29. & clarius Manent. dict. conf. 138. his verbis: *Sic nec ex dote, vel alimentis præstitis alicui, tanquam filiæ, probatur illam esse legitimam, vel naturalem, quia etiam spuriæ, adulterinæ, & incestuose debentur illa.* Roland. conf. 22. num. 26. in 3. Surd. conf. 1. num. 47. Gabriel conf. 26. sub num. 5. in 1. Menoch. de arbitr. casu 89. num. 78. Et catù quo dicti tractatus, & nominatio possent prode se filio ad possessorum, vel ut dicitur, esse in quasi possessione filiationis, hoc posset procedere contra patrem sic confidentem ad eum obligandum, ut præstet alimenta, seu dotem, quæ etiam filii adulterinis sunt præstanda, ex his quæ docuit Genua de enunciatis verbis lib. 2. q. 33. à num. 23.

Neque æquitas Canonica potest aliquo modo juvare prætensionem, quia quamvis de æquitate Canonica debeantur alimenta filiis, non solum naturalibus tantum, verum etiam adulterinis, & spuriis, per ea quæ docet Cancer. part. 1. var. cap. 5. num. 46. tamen illa æquitas non procedit, quando filius prætendit hæreditatem, quia tunc non potest se fundare in filiatione præsumpta, sed concludenter debet probare qualitatem filiationis, in qua se fundat, ut succedere possit, ut jam dictum est, ut probat Cancer. dict. cap. 5. num. 66. & 67. quæ eousque procedunt, ut filius, etiam de Iure Canonico, præsumitur spurius, ut ex Cephal. conf. 86. num. 65. & ex gloss. in cap. transmissa in verbo spurius, qui filij sint legitimi, tenet

Pars II.

Manent. dict. conf. 145. num. 18. vers. Et quod filius, & dict. conf. 139. num. 29. ibi: Sed etiam apud Canonistas requiritur saltē, quod sit natus ex soluto, & soluta, & talibus solutis, inter quos tempore conceptionis potuerit contrahere matrimonium. Auth. si quis liberos Cod. de naturalib. liber. §. ad hoc autem, Auth. ut licet matri, & avie, & in omne eventum illa opinio, quod filius non præsumatur natus ex damnato coitu, potest procedere quoad effectum succedendi, ut probat Patianus de probat. dict. cap. 17. num. 5. quem sequitur Manent. dict. conf. 45. num. 18. & Cancer. ubi supra num. 60. & seqq. sic conciliando dictas contrarias opiniones, ex Gutierrez. pract. quest. lib. 2. q. 112. tenet Manent. quod æquior sit illa opinio, ut cum filius est Actor, quod tunc præsumptio juris est contra filium, quod sit iparius, his verbis, tandem distinguendo dixit, quod aut filius agit, ut succedit tanquam naturalis, & debet probare se tales, quia est fundamentum suæ intentionis, & tunc procedit illa opinio, quod filius in dubio præsumitur spurius, & sic incapax, aut vero est Reus, & possidet bona patris, & ille, qui agit, & dicit illum spurius, & sic incapacem, tenetur probare; quia tunc præsumitur naturalis, & capax, & hoc casu procedit altera opinio, & in fine questionis inquit hanc Doctorum concordiam esse verissimam, Petra de fideicommiss. q. 11. num. 223. ponit questionem, an filius in dubio præsumatur naturalis, vel spurius, & inquit quod æquior est illa opinio, quod potius præsumitur spurius, & quod nunc ipse adhæret huic opinioni, licet a iis tenuerit contrariū, ex quibus concluditur evidentissime, tam de Iure Civili, quam de Iure Canonico, filium præsumi spurius, & sic incapacem esse paternæ successionalis, & non solum excludendum à prætensa successione paterna vigore testamenti paterni, verum etiam declarandum incapacem esse dictæ successionalis, & quod pater non potuit instituere illum in testamento, quia tam ex testamento, quam ab intestato est insuccessibilis, per text. in auth. ex comp. Cod. de incestis nuptijs, auth. quibus modis naturales efficiuntur legitimi §. fin. auth. licet Cod. de naturalib. liber. in fin. cap. tanta, cap. referente, cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & pluribus Doctorum authoritatibus probat Carvalh. de una, & altera quarta p. 1. num. 491. Fontanel. decis. 415. à num. 11. ubi confirmat cum decis. Senatus, Peguera tom. 2. cap. 55. & in nostris terminis terminantibus, quod non possit fieri substitutio in favorem filij spurijs tenuit Pat. Thomas Pellicion. quest. illustr. cap. 42. pag. 373.

vers. tanta, his verbis: Tanta est inhabilitas, ut non possit fieri substitutio in bonis paternis in beneficium spurij. Bart. in L. fin. ff. de his quibus ut indignis, late Peregrin. de jur. fisci tit. 18. de natural. & spur. & supra dicta procedunt, etiam in foro conscientiae, Sylac. verbo filij, Covarr. in reg. peccatum p. 2. §. 8. num. 6. Molin. de just. & jur. disp. 167. Læsius de just. & jur. lib. 2. cap. 19. dubit 6. Valer. in different. utriusque fori in verbo hæreditas, differ. 11. Henr. de matr. cap. 20. §. 5. litter. T. Bertrandus Argenteus ad consuetudines Britanicae tit. de Bastard. art. 450. col. 1640. litter. B. hec scripsit. Nihil in morte ex testamento, nihil in vita per contractum à patre in filium bastardum conferri posse, quod alimentorum titulum, aut causam excedat: de qua re, & successione est videndus cum multis Portug. de don. reg. tom. 2. 2. p. cap. 18. num. 35. vers. an. & num. 36. & seqq. ubi ad varias questiones, & diximus tom. 9. comment. ad Ord. ad lib. 2. tit. 26. Atque ita semper in nostra specie filius Actor presumitur spurius, si non probaverit matrem esse certam, & ipsum esse naturalem, quamvis contrarium, & presumi in dubio esse naturalem, & non spurium, teneant Bald. conf. 448. num. 4. lib. 1. Cov. de spons. p. 2. cap. 8. § 3. num. 1. Mascard. concl. 1890. num. 2. Mantic. de conjectur. lib. 4. tit. 3. num. 21. Menoch. de præf. lib. 6. præf. 54. num. 4. Gut. 2. pract. q. 112. num. 1. Phæb. dec. 68. num. 10. Thesaur. forens. q. 83. num. 2. lib. 2. Barb. vot. 114. num. 24. & in successione hæreditatis, Bald. supra, Tello Fern. in L. II. Taur. num. 3. Garcia de expens. cap. 2. num. 21. Paleot. de noth. cap. 20. nam. 30. Lara de vita homin. cap. 7. num. 47. & 48. Surd. de ali- ment. tit. 1. q. 10. num. 35. & seqq. Castilb. lib. 5. contr. cap. 124. num. 1. Gratian. cap. 958. n. 24. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. q. 5. num. 41. Leon. dec. Valent. 81. num. 4. & 19. per tot. Ludovic. dec. 18. n. 24. Beroi. conf. 19. Berret. conf. 118. n. 9. & 10.

468 Quia procedit hæc opinio, quando mater est certa, & filius est Reus, ut diximus, non vero quando est Actor, quia tunc tenetur probare naturalitatem, alias presumitur spurius, maxime si sit Actor, non vero quando est Reus, & constat esse filium, quia tunc presumitur naturalis, & si agit, spurius, ut supra diximus, & probat text. in cap. aliter 30. q. 5. gloss. penult. in cap. lator, qui filij sint legitimi. Menoch. lib. 6. præf. 54. Matienç. in L. 9. tit. 8. lib. 5. recop. gloss. 3. n. 8. & 12.

469 Atque ita tenetur filius Actor, qui pretendit maioratum, aut hæreditatis, & agit contra tertium, probare concludenter filiationem naturalem, & esse filium, & ut dixi-

mus non sufficit assertio patris in testamen-
to, neque etiam probatio filiationis præump-
tiva, de qua statim dicemus, sed requiritur
plena probatio, quia contra tertium agit de
auferendo maioratu, aut hæreditate, cui as-
sertio, aut recognitio, testamentumque non
potest præjudicare, nec sufficit ad obtainen-
dum contra possessorem, nisi probatio legiti-
ma, & non præsumptiva, nec patris confes-
sio, aut recognitio, aut tractatus ad hoc suf-
ficiat, licet contra patrem sufficiat, non va-
let contra tertium, qui in his terminis ab-
solvendus venit ut Reus, Soccin. Iun. conf.
86. num. 43. vol. 2. ibi: Posset etiam dici, quod
si aliqua præsumptiva probatio esset probata,
non tamen sufficeret isto casu, cum agatur de
auferenda hæreditate D. Antonio eam possi-
denti. Mascard. conclus. 787. num. fin. ubi similia verba refert, & concl. 788. num. 48. &
concl. 790. & concl. 799 num. 7. & num. 11.
ibi: Et in his terminis quando filius vult au-
ferre hæreditatem ab alio, quod non sufficiat
præsumpta probatio filiationis: & num. 26. Ca-
bed. dec. 73. num. 13. p. 2. ibi: Vel quando agi-
tur de succedendo alicui ad exclusionem alte-
rius. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 12. n. 11.
Menoch. conf. 461. num. 42. Merlin. dec. 716.
num. 1. & 7. Gargiar. conf. 52. num. 6. Vale-
ron optime de transact. tit. 3. q. 2. num. 15. Cy-
arlin. cap. 72. num. 84. & seqq. Marescot.
var. lib. 1. cap. 70. num. 3. cum alijs Castilb.
lib. 5. contr. cap. 123. num. 13. & cap. 124. n.
12. & cap. 125. num. 12. Ponte lib. 2. conf. 3.
num. 152. vers. sed quæso, & vide infra num.
538. & 539. & 540. Adeo ut habeat locum,
etiam quando relicta est hæreditas tanquam
filio defuncti, Bart. in L. non nudis Cod. de
prob. Cæphal. conf. 540. num. 34. lib. 1. Me-
noch. conf. 81. num. 23. Mantic. de tacit. lib. 2.
tit. 6. num. 8. & 9. Ludovic. dec. 362. num. 3.
Mascard. concl. 999. n. 19.

Quamvis contrarium etiam in maioratus 470
successione judicata ex præsumptiva proba-
tione, ad favorem illegitimi, & naturalis, ju-
dicatum fuisset in causa Dominici Soares, &c
in alia ejus filiæ, & in causa Joseph Fragoso
Bolo, & testantur etiam pro illis judicari, Val-
asc conf. 176. num. 15. Phæb. dec. 76. num. 2.
Farin. dec. 199. p. 1. in posth. & dec. 444. n. 1.
in recent. & Surd. conf. 1. Noguerol. alleg. 25.
n. 19.

Quia dictæ decisiones procedere debent
ad evitandam extinctionem maioratus, aut 471
vacaturam hæreditatis, aut quando lis fuerit
contra extraneum motam, non vero quando
fuerit contra consanguineum legitimum,
quia tunc non sufficit probatio præsumpti-
va filiationis, nec recognitio, aut confessio
patris,

Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX.

147

patris, sed requiritur plena probatio, aliter obtinere non potest, & ita distinguunt, & resolvunt DD. citati num. 369. ex quibus mihi videtur resolvendam esse questionem ex rationibus, de quibus Valeron. d. q. 2. n. 10. & seqq.

472 Quando autem mater est certa, dubitatur de patre, tunc maior controversia datur in probanda filiatione alicujus, ad hoc ut illius virtute possit succedere, in easu in quo succedere possit. In qua dubitatione cum doctissimo Francisc. Merlin. forens. cent. 2. cap. 84. num. 5. triplicem docuit esse filiationis probationem: necessariam in matre (ut jam diximus supra) quia certa est, probabilem in patre, cum quis dicit se natum ex uxore, vel concubina domi retentis, vicinis scientibus, de quo est sermo in L. filium eum definimus ubi DD. ff. de his qui sunt sui (& infra Nos dicemus.) Tertia est presumpta similiter in patre, quae ex conjecturis à jure ad hoc approbatis, & per actus extrinsecos deducit desumitur, quo pertinet tractatus, nominatio, & alia, de quibus inferius dicendum est, ut tenent Surd. Menoch. Petr. Lup. Mascal. Barz. Gratian. Noguerol. quos ibi refert Merlin. d. num. 5. & ultra quos refert Valasc. conf. 176. num. 3. & facit illud Homeri Odissea 1. de Thelemacho.

Ex illo natum mater me dicit, at ipse Nescio nam certū quis possit ferre parentem. Cum multis tradit Lup. de illegitim. cōment. 2. §. 3. n. 6. & seqq.

473 Et cum filiationis probatio sit difficilis probationis, ut unico verbo notat idem Merlin. d. cap. 84. num. 6. Aug. Barb. vot. 22. num. 2. Lup. de natur. & legitim. comment. 2. §. 3. n. 1. ex L. Lucius 82. ff. cond. & demonstr. Valasc. conf. 176. num. 2. Garc. de nobilit. gloss. 20. num. 5. Noguerol. alleg. 25. n. 24. Pascallig. de virib. patr. potest. 2. p. cap. 2. n. 9.

Et respectu patris impossibilis reputetur, & difficilima dicatur, Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 12. Mascal. concl. 787. n. 15. Pascall. de virib. patr. potest. p. 2. cap. 2. num. 9. Lup. d. §. 3. n. 6. Fontanel. de paet. nupt. claus. 6. gloss. 2. p. 4. n. 6.

474 Probanda est conjecturis, & presumptiōnibus à jure approbatis, ex quibus probatur d. filatio, ut tenent Cast. Par. Farin. Mart. quos refert idem Merlin. num. 6. Aug. Barb. vot. 22. num. 3. Surd. conf. 1. n. 40. Menoch. d. cas. 89. num. 2. Mascal. concl. 787. n. 18. Valasc. conf. 134. num. 2. & conf. 176. n. 2. Carranc. de part. cap. 20. n. 33. & 39. Tapia dec. 37. n. 3. Garcia de nobil. gloss. 20. n. 5.

Ab eo, qui in illa se fundat, sive agat, sive se defendat, dum tamen afferat se filium esse,

cum multis Castilb. lib. 5. cap. 104. n. 2. & in fendo Roland. conf. 22. n. 3. vol. 3.

Aut sit filius legitimus, aut illegitimus, 476 quia eisdem presumptionibus probatur filatio legitima, & illegitima, Cast. d. cap. 104. num. 6. & cap. 125. n. 19. Gratian. cap. 567. n. 27. Fermosin. ad rubric. de filijs præsbyt. numer. 22.

Et ad hoc non requiritur, quod omnes 477 relatæ à jure, aut DD. concurrant co- ulatīvè, sed sufficit, quod duæ aut tres proben- tur, & si quælibet per se sufficiens non sit, conjungi omnes debent, ad hoc ut filatio judicetur, ut ex gloss. in L. 2. §. 1. vers. legitimos ff. excusat. tut. tenent Bart. Surd. Me- noch. Gratian. Marcian. quos refert idem Merlin. d. cap. 84. num. 7. & num. 31. & seqq. Surd. conf. 1. num. 52. Valasc. conf. 176. num. 17. Menoch. cas. 89. num. 66. Decian. respons. 1. num. 121. Lup. d. §. 3. num. 26. Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 35. explicat Bic- chius d. Rot. 434. num. 2. & 3. ubi explicat, Massol. post tract. de ratiocin. dec. 84. num. 7. Pignat. contr. 84. n. 7.

Faciunt enim, quia tendunt ad eundem fi- 478 nem, plenam probationem, Decian. d. respons. 1. num. 120. Gail lib. 2. observ. 97. n. 6. Becc. conf. 114. n. 39.

Dummodo legitime probatae fuerint, Ma- 479 gon dec. 86. num. 22. Coccin. dec. 69. num. 12. licet contrarium, & sufficere testes singula- res, & quare, teneat Coccin. dec. 64. n. 4.

Probatio enim presumpta, sufficit ad 480 obtinendum sicut vera, ut tradit Surd. d. conf. 1. n. 42.

Et in antiquis minus probatio ad filiatio- 481 nem probandari, & non stricte, & conclu- dentes, sed leviores, Pascall. d. cap. 2. num. 9. Gratian. cap. 554. num. 49. Carranc. de part. cap. 20. n. 4. num. 33. Castilb. d. cap. 122. num. 8. Raudens. de analog. cap. 24. n. 62.

Idque in omni filio, nedium legitimo, vel 482 naturali tantum, sed & in spurio locum ha- bet, ut ex Paris. Farin. tradit, & concludit ip' emet Merlin. d. cap. 84. num. 7. in fin. & no- tavit Fermosin. in rubric. de filijs præsbyteror. n. 22. Barb. vot. 22. n. 3.

Licet sit habitus à muliere meretrice cō- 483 cubina patris, & solita cum alijs cōmiseri, quia quamvis sit extra domum, ut potest, ex dictis statim, & tunc temporis ad alios ho- mines accessus habuerit, adhuc ex affidua conversatione cum patre, est presumptio, quod sit illius viri, qui cum matre affidue conversabatur, licet tunc temporis cum alijs accessus probentur, ut judicavit Senatus in causa Emmanuelis Salvago, cum Maria da Sylva, & potest comprobari arrestum ex di-

Etis statim, & ex Surd. dec. 83. num. 2. & 3. & cons. 1. n. 57. Tapis dec. 37. num. 6. ita resolvit Gratian. cap. 653. num. 75. Barb. vot. 22. num. 13. Gam. dec. 152. Valasc. cons. 176. num. 4. Farin. lib. 2. crim. dec. 297. n. 2.

484 Dummodo probetur concubinatus, & quod in domo propria, aut sua, fuerit à patre retenta concubina, aut in alia, probata aman amicitia, & congressu, quia extra illam potest eam habere, aut propter periculum vita, aut ob conservandam propriam opinionem, quia forte erat persona Ecclesiastica, vel in dignitate constituta, Mart. de success. leg. p. 1. q. 16. art. 1. num. 1. Gam. dec. 152. n. 2. eleganter Barb. vot. 22. num. 12. 13. & 14. & num. 15. quod tunc requiritur minor probatio, & n. 36. & 37. respondet ad contraria, & optime Merlin. d. cap. 84. n. 12. Surd. dec. 83. num. 2. ubi etiam, quod licet probetur rem cum alio habere, & Mascard. concl. 788. num. 17. de qua re Noguerol. alleg. 25. n. 53. & 63.

485 Et tunc nascitur præsumptio sicut in filio legitimo, quia non solum in eo, qui natus est ex uxore legitima, sed in eo, qui nascitur ex concubina, & amica domi retenta, nascitur conjectura filiationis, & filius præsumitur natus ex illis, Surd. cons. 1. num. 42. & dec. 83. Lup. d. §. 3. infra num. 13. Mascard. concl. 788. num. 25. & non requiritur recognitio, Gut. lib. 2. pract. q. 112.

486 Nam si fuerit persona imfime qualitatis, & sit extra domum mater viri, & alios homines admissi, & non probatur patrem rem cum illa habuisse tempore conceptionis, sicut concurrant conjecturæ filiationis, tractatus, & confessio, non probatur filiatio, ut tenet Valasc. cons. 176. num. 4. & alij infra citandi: & judicatum fuit.

No feito de Francisco Gomes da Silva, & sua mulher Catherina Dias contra Bento da Silva Soares, & o Capitão Francisco Barboza Leal, Escrivão Manoel Gomes Machado, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, libello do A. contrariedade dos Reos, mais artigos recebidos, treslado do testamento, carta de liberdade, certidões, & inquirições juntas. Mostrase por parte do A. estar legitimamente caçado na forma do sagrado Concilio Tridentino, com Catherina Dias, filha natural de Gaspar Dias, que a ouve de Catherina Fernandes crioula forra, sendo ambos solteiros, & sem impedimento para contratar matrimonio, se quizessem, tendo a das suas portas a dentro muitos annos em concubinato, fazendo della muita estimação, sem a deixar sahir fóra de casa, da qual quando Gaspar de Oliveira seu marido a tirou do dito

Gaspar Dias, hia já prenhe a mulher do A. que pariu a seu tempo, & por filha do dito Gaspar Dias foi bautizada, & havida porto, porque elle a reconheceu por essa, mandando o necessário para seus alimentos, & sendo mulher tratou de a cazar, & dorar com tres mil Cruzados com Iuliao Fernandes que nam teve efeito, porque o mataraõ, & d'pois a dotor com cincozena mil reis para cazar com o A. & por sua filha foi apregoada com o sobrenome, Dias, & que do primeiro filho, que teve, foi o padrinho, reconhecendo por seu neto, mandando o necessário para o casamento, & bautizando suas vacas, & no testamento, que se apresentou, lhe deixou 150U. de legado, & que o dito Gaspar Dias fora Alfaiate, & Curraleiro, & era peão. Mostrase, que a mulher do A. he mulata de cor branca, & nas feições do rosto, & no andar mostra, que era filha do dito Gaspar Dias. Mostrase, que estando o dito Gaspar Dias doente da doença, de que morreu no Aporá, incapaz de poder fazer testamento, porque tinha de idade 95. annos, & estava muito fraco, & debilitado, o persuadio o R. Bento da Silva Soares com dous Religiosos mais de S. Francisco, a que fizesse testamento, & logo deraõ traça a se fazer, na forma que se vê do treslado junto, hindoo dictando bum dos Religiosos, & escrevendo o outro, no qual escreveo para os seus Conventos desta Província grandiosos legados contra a prohibição da Ley das Cortes do anno de 1644. & tornandole à mão para escrever o seu final, o nam pode acabar de fazer, & o acabou de fazer o dito Religioso, que o testamento escreveo, no qual tendo obrigaçam de instituir a mulher do A. por sua herdeira, como sua filha natural, a preterira nelle, por onde ficou nullo, & de nenhum efeito; & se deve julgar a mulher do A. por sua unica herdeira de todos os bens, que ficaraõ na herança, de que os Reos estão de posse, com os fructos, & renovos da individua occupação, até real entrega. Por parte dos Reos se mostra, que Catherina Dias, mulher do A. nam foi filha de Gaspar Dias, nem elle a reconheceu, tratou, nem nomeou porto, antes quando se lhe fallava nisso, se molestava, & o negava, a qual nasceo, & se criou em casa desseus pais Gaspar de Oliveira, & Catherina Fernandes, & que os 50V. que lhe deu quando caçou como o A. forao poresmola, como fazia muitas, como tambem os 150V. do legado a seu filho, entre os muitos que deixou a varias pessoas pobres, & Conventos de Religiosos, porque instituiu sua alma por sua herdeira. Mostrase, que nomearse a mulher do A. por filha do dito Gaspar Dias, & assentarse no Livro do Bautismo porto, & apre-

goar-se

goar se ao tempo que casou com o A. por essa, foi tudo introduçao de sua māy Catherina Fernandes, & de seu pay Gaspar de Oliveira, para poderem herdar ao duo Gaspar Dias. Mostrase, que estando o dito Gaspar Dias fora de sua casa nos seus curraes distantes doze legoas, o dito Gaspar de Oliveira lhe furou de sua casa a dita Catherina Fernandes em 12. de Agosto de 1655. & com ella depois se casou, porque antes tinha entrada na casa do dito Gaspar Dias, & amizade carnal com a dita Catherina Fernandes, que se dormia tambem com outros homens na mesma casa, & no tempo do furto a respeito que o A. confessa ao tempo do testamento feito em Mayo de 1681. tinha o dito Gaspar dias perto de 70. annos, & nasceu a mulher do A. em 29. de Abril de 1656. & foi bautizada em 8. de Mayo do dito anno, & he filha do dito Gaspar de Oliveira, que com a māy da A. dormia muitas vezes na casa, & rossa do dito Gaspar Dias, aonde bia de noite antes de a furtar. Mostrase, que o duo Gaspar Dias era homem muito abastado de bens com muitos escravos, que o serviaõ, & tinha cavallo na estrebaria, & muitas armas para defensão dos Gentios, & gastou sua fazenda no serviço de S. Alteza, por onde era estimado, & tratado dos homens nobres, & o Governador, & Capitão Geral, que foi deste Estado, Affonso Furtado do Rio de Mendonça o poz á sua mesa na occasião, que foi à Cachoeira, por razão da guerra do Gentio barbáro, & nunca teve officio mechanico, & sempre retratou á ley da nobreza. Mostrase, que o dito Gaspar Dias estava em seu perfeito juizo, & entendimento, quando fez o testamento, & nelle insituio sua alma por sua herdeira, repartindo seus bens em obras pias, & achando-se a mulher do A. presente, nam fez della causa, porque nam era sua filha. Mostrase, que o dito Gaspar Dias era baixo do corpo, & a māy da mulher do A. Catherina Fernandes tambem o era, & pelo contrario a mulher do A. que he muito comprida, como he tambem Gaspar de Oliveira seu pay, & nenhuma semelhança tinha a mulher do A. com o dito Gaspar Dias. Mostrase, que muitos filhos de mulatos, como he o dito Gaspar de Oliveira, saõ de cor branca. O que tudo visto, & o mais dos autos, disposição de Direito, & como o A. não fez prova da filiação de sua mulher Catherina Dias a respeito do dito Gaspar Dias, para lhe competir a aução intentada, posto que a fizesse de algumas presumpções, para aquasi posse da filiação, que se desfazem com a prova dos Reos, & pelas testemunhas do A. contra producentem, que depoem tambem da negação do dito Gaspar Dias: Joaõ Velloso Taveira

Pars II.

fol. 89. Bernardo Garces fol. 106. Domingos Gonçalves fol. 120. Maria Dias de Sousa fol. 146. & principalmente pelo que depoem Maria Dias contra producentem, & João Rodrigues Adorno fol. 176. da entrada que tinha o dito Gaspar de Oliveira na casa do dito Gaspar Dias a comunicar a Catherina Fernandes māy da mulher do A. antes de a tirar de lá, & furtar em 12. de Agosto de 1655. tempo em que estava o dito Gaspar Dias ausente de sua casa nos seus curraes do Aporá distante doze legoas, sendo já de idade de perto de 70. annos a respeito dos 95. que o A. confessava tinha quando fez o testamento em Mayo de 1681. incapaz da geracão por via de regra, nam a tendo da dita Catherina Fernandes nos muitos annos antes, que o A. confessava ateve em concubinato das portas a dentro, & nascer a mulher do A. em 29. de Abril de 1656. como depoem contra producentem o dito João Rodrigues Adorno fol. 179. com que para os nove meses do parto faltaraõ poucos dias, com que o Direito presume, que he filho do dito Gaspar de Oliveira, julga carecer o A. de aução, & absolvio aos Reos do por elle pedido, a quem condono nas custas dos autos. Bahia 23. de Abril de 1683. Goes.

Ab hac sententia fuit gravamen interpolatum ad Senatum Brasiliensem. Vbi fuit confirmata à Iudicibus. Almeyda. Pitta.

Et faudata fuit in sequentibus deliberationibus.

Agitur de probanda filiatione, quod difficillimum, & improbabile est, & pene impossibile, ut tenet Valasc. cens. 176. numer. 2. & plene probari non potest, Menoch. cons. i. n. 22. & de arbitr. cas. 89. num. 1. & num. 11. & tantummodo resolvunt DD. quod per conjecturas probari potest, & meo videri, conjecturæ minime probantur, quia quamvis probetur concubitum per plures annos, attenuatamen non probatur, quod tempore conceptionis mater aggravantis cum alijs haberet accellum, & specialiter cum Gaspare Dias, ut dicunt testes fol. 194. & quasi per totam inquisitionem probatur, quo probato talis conjectura dirimitur, ut tenet Valasc. supra citatus. Alias vero conjecturas, quibus filatio probatur, non invenio probatas, ut de jure requiritur, quia fama tantummodo non sufficit, & minus quando testes non deponunt, quod talis fama orta fuit à personis fide dignis, ut tenet Mascal. concl. 791. num. 18. nec conjecturam baptismi probatam invenio, quia requisita, quibus conjectura baptismi probatur, de quibus Surd. cons. i. num. 45. minime probantur, ex quibus sententiam laudandam, & confirmant-

N iij

dato

dam dico. Bahiae 29. Octobris de 1683. damnatis aggravantibus in expensis, die ut supra. Almeyda.

Quæstio præsens, tam erudite, & eleganter explanatur ab utriusque partis DD. patronis, ut non sit opus illam denuo enucleare, sed resolvere, quare cum Domino sup. deliberante convenio in confirmando Auditoris generalis sententia, quia licet ab aggravantibus proponantur multiplices conjecturæ, ex quibus arguitur filiationis quasi possessio, *Valasc. supra, Gam. dec. 225. num. 3.* hoc tamen procedit in causa alimenterorum, non vero in causa petitorij, ut scilicet filius patris hæres existat, quia in hac maior, & latior probatio exigitur, *idem Gam. loco citato, & dec. 152. num. 1.* Vnde cum in nostro casu præsumptiones, & conjecturæ ab aggravantibus allegatae per alias conjecturas in contrarium urgentiores facillime diluantur, ut videre est ex fol. 292. præcipue fol. 299. ideo dicendum est Actores non probasse actionem suam, & sententiam Auditoris generalis rite prolatam sic censeo. Bahie 10. Novembris 1883. Pitta.

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum. Vbi fuit confirmata à Iudicibus. Andrade Rua. Lopes de Oliveira. Et fundata fuit in sequentibus deliberationibus.

Difficiles plerumque sunt filiationū causæ, quippe cum earum decisio ex facto pendeat invisibili, vix intellectus in utram partem secure inclinat. Ego autem illud mibi constitui, ut ea tantum, quæ ad hujus jurgij resolutionem accommodari possint, breviter attingam, cum ex eo quod omnia, quæ circa filiationis probationem in medium proferri solent, passim apud multos iacentur. Authores, & quidem sunt vulgaria, tum etiam quia docti patroni in una, & altera instantia nihil penitus intactum reliquerunt; mihi vero, cui summa est discendi aviditas, maximum semper adest repetendi, & transcribendi tedium.

Agnosco Actricem Catharinam non esse in quasi possessione filiationis, & consequenter agnosco, quod cum de filiatione ipsa principaliter agatur ad vendicandam defuncti Gasparis hæreditatem, ejusque testamentum infirmandum, urgentiores oportet esse probationes, eo maxime quia in testamento ipso anima testatoris instituta inventur, quæ est circunstantia non contemnenda, saltem ut attentius procedamus.

Non tamen inde infertur filiationem oportere per veras, & omnino necessarias probare probationes, hoc namque foret pe-

nitus impossibile, sed sufficiunt præsumptiones, & conjecturæ, dummodo tamen illæ sint, quæ judicantis intellectum ad credendum firmiter, cum, qui se filium dicit, vere illius esse filium, cajus dicit, & ita communiter apud omnes receptum invenimus, & frequentissime judicare solemus.

Conjecturæ autem, aut præsumptiones quamvis quamplures ab authoribus assignari soleant, non solum in lectruris, & tractatibus, sed plerumque in consilijs, in quibus juxta facti contingentiam plures forte in uno casu, quam in alio concurrere accedit, prout etiam quamvis pauciores concurrant, fortiores tamen sunt; attamen omnes fere in id tendunt, ut post probationem mutuæ cohabitationis, & copulæ parentum, probentur etiam tractatus educatio, agnatio, & familia eo modo facta, quæ non convenient nisi patri, nec ex alia causa probabiliter fieri potuissent. Plures quidem, ac pene innumeros possem congerere authores, ex quibus hec, quæ summarie proposui, colliguntur, sed non est id mei moris in causarum expeditione, omnes, qui cupiat, inveniat apud *Castilh. quotid. contr. lib. 5. cap. 104. n. 2.*

Accedendo igitur ad nostram facti speciem, illa statim in limine contra filiationem se mihi obtulit invencibilis difficultas, scilicet, quod copula inter defunctum Gasparem, & Catharinam, Actricis parentem, eo tempore non probatur intervenisse, ex quo Actrix concipi potuisset, imo contrarium; est namque in facto certissimum, quod cum defunctus à proprijs laribus absuisset, nullatus ille, qui etiam Gaspar nuncupatur, Catharinam rapuit, cum qua postea matrimonio se conjunxit; hic autem raptus, non quidem incorruptæ virginis, sed corruptissimæ ancillæ die 12. Augusti anno 1655. accedit, ut constat ex denuntiationis actu fol. 489. Actrix autem die 8. Maij sequentis anni sacrosancto baptismatis lavacro imbuta fol. 71. ut ergo filia defuncti Gasparis esse posset, probare oportebat, eodem tempore raptus matris conceptam fuisse, ex quo ad tempus nativitatis novem completi menses transiverunt, qui est terminus à natura communiter partibus prescriptus, ut ex multis probat *Giurb. in confuetud. Messan. cap. 1. gloss. 4. num. 31.* ubi etiam quod in dubio partus nono mense editus præsumitur, *Franc. Anton. Scalon. de testam. lib. 4. cap. 8. num. 4.* ubi, quod hæc creditur ordinaria pariendi periodus, & quamvis de decimestri partu communiter varijs in juris nostri locis agatur, & is quidem perfectior censeatur à *Car rança de partu cap. 12. à num. 9.* hoc tamen ita

ita intelligitur, nempe, ut etiam paucis decimi mensis transactis diebus, non autem eo completo fatus edatur, ut ex *Hipocrate* tradit ipse *Carranca* n. 15.

Plane si de fæmina honestissima sermo esset, quæ postquam à marito absuit, nulli alij se comiscuit, recte inferri posset à marito ipso concepisse, sed cum de ancilla agamus à nullato raptæ, quæ simul ac raptæ fuit, si illi prostiterit, imo & jam antea cum illo consuetudinem habuisse par est credere, cur quæro magis à defuncto Gaspare, quam à Gaspare nullato superstite, concepisse credendum erit, cum tantum temporis numerari debeat à die, qua defunctus ad illam accedere desit, quam à die, qua superstes accedere incepit.

Ast objicies, quod gestus, oris similitudo, & color Actricis magis suadent, filiam esse defuncti Gasparis, quam Gasparis superstis. Ego quidem agnosco argumentum illud coloris maximum apud me esse, alia enim contemptibilia sunt apud nostrates, ut per *Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 98. Valasc. consult. 176. num. 14. Castilh. quotid. contr. lib. 5. cap. 104. num. 15.* Verè tamen argumentum illud in id tendit, ut Actrix non à nullato, sed à viro albo genita videatur, non tamen, ut præcise filia sit defuncti Gasparis, neque enim perfecte probatur, quod nulli alij se prostituebat, imo contrarium. Illud autem certum est, quod ad hoc, ut defuncti filia censeatur, oportet necessariò docere in ipso raptus tempore conceptam fuisse; quod sane difficile est creditu, eo magis quia defunctus Gaspar tunc aberat.

Res autem indubitabilior fit ex eo, quia ne dicam plures, sed ne una quidem, aut altera ex conjecturis à doctoribus nostris collimatis ad filiationis probationem, nobis plene, & absque formidine partis oppositæ probantur.

Illa namque, quæ ex prælebani libro dedicitur, ubi Actrix tanquam Gasparis filia scripta invenitur, parum, aut verius nihil omnino officit; oportebat enim ostendere, quod de ordine, & consensu patris à sacro lavaminis fonte levata fuisset, aliter enim, quid patri nocere potest, quod eo non consentiente, imo renitente, aut ignorante, ejus nomen in libro sit scriptum? Et hoc est, quod tradunt authores, qui de ejusmodi conjectura scripsierunt, præcipue vero *Marta vot. 26. n. 7. & 8. Castilh. dict. cap. 104. n. 9. & 10.*

Fama etiam plene non probatur, præterquam quod potuit habere originem à matre, & vitrico Actricis, tractatus autem, edu-

catio, & nominatio, agnitione neutiquam probantur, imo & innumeri sunt testes, quibus probatur, defunctum semper obstitisse, & quidem vehementer quominus Actrix ejus veluti filia reputaretur, inter quos primus contra producentem deponit fol. 164.

Constitutio dotis ab homine oppido divate in summa 50 V. quis non videt rationem tantummodo habere eleemosynæ? Maxime quoniam defunctus ita declaravit, prout etiam parva quædam, seu verius minima munuscula bubula, & similia?

Denique ne singula percurrente fastidiosam fiam, ego in summa illud cogitavi, quod cum omnis ejusmodi probatio, in arbitrio Iudicantis sit reposita, non possum arbitriari Actricem filiam esse defuncti, qui semel, ac iterum à viris nobilibus, & alijs religiosis interrogatus, imo & monitus cum de animæ salute ageret, semper tamen, & constanter filiationem inficiatus fuit, illud addendo, quod tanquam vir Christianus animam suam gehennæ mācipare detestabatur, prout mancipatam credebat, si filiam propriam non agnosceret, ab eaque debitam auferret hæreditatem.

Accedit etiam, quod non unum tantum, sed plura considerat testamenta, nullibi tamen ejus meminit, non quidem ex oblio- ne, sed ex eo quod eam non esse suam filiam credebat, & testabatur, & tandem ultimum condidit elogium, in quo animam fecit universalē hæredem, pluraque legata pia reliquit, neque Actricis oblitus fuit, quippe cuidam ejus filio pro eleemosyna 150 U. legavit fol. 45.

Igitur sententia inferioris Senatus mihi indubie confirmanda videtur. Ulyssipone 14. Februarij 1685. Lopes Oliveira.

Idem placet. Andrade Rua.

No feito de Sebastião Moreira com Joseph Correa Bravo, testamenteiro de Christovão Moreira, Escrivão Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, petição do A. Sebastião Moreira, contestação do R. o Licenceado Joseph Correa Bravo testamenteiro dativo do defunto Christovão Monteiro, certidãoens, testamento, inquiriçoens de hūa, & outra parte juntas. Mostrase pela parte do A. estar recebida com Francisca Monteira na forma do sagrado Concilio Tridentino, & com ella fez vida marital de hūas portas a dentro, a qual he filha natural do defunto Christovão Monteiro, o qual sendo solteiro, & sem outro legitimo impedimento, & sendo homem peão, a honra de Lucrecia Favella, & assim lhe co-

N iiiij pete

Tractatus de Exclusione, Inclusione;

pece a sua herança, conforme a Direito, & por sua herdeira se deve julgar habilitada. E por parte do R. se mostra não ser a dita Francisca Monteira filha natural do dito defunto, por quanto nunca delle foi tida, havida, nem conhecida por sua filha, antes sempre o contradisse, em tanto, que na occasião, que se apregoava para caçar com o A. nomeandose por filha do dito defunto, ella lhe puzera impedimentos, nam consentindo, que por sua filha fosse apregoada, nem por sua filha caçasse: & no solerme testamento com que faleceu, declarou, que postó que de algumas pessoas fosse a dita Francisca tida por sua filha, elle a nam tinha por essa, nem o era, o que nam fizera o dito defunto, se a mulher do A. fosse sua filha, porque elle era homem bom Christão, temente a Deos, & muito verdadeiro, & na hora de sua morte, se a dita Francisca Monteira foras sua filha, a ouvera de declarar. Mostrase, que a dita Lucrecia Favella era hūa negra meretrix publica, depravada, & desoluta, de fonte, & rio, & nunca teve communicaçāo particular com o dito defunto, antes do mesmo tempo da concepçāo, & nascimento da dita Francisca Monteira teve copula carnal com quantos a queria, & nunca em tempo algum o dito defunto a teve theuda em sua casa por sua manceba, por onde nam pode dizer, que a ouvera do dito defunto. Mostrase, que tanto nam he a dita Francisca Monteira filha do dito defunto, que se o fora, se havia de bautizar por essa, declarando-se no assento ser o dito defunto seu pay, por onde se verifico, que o nam he. O que tudo visto, & o mais dos autores, disposição de Direito, & como o A. nam prova as conjecturas necessarias para prova da filiação, antes por parte do R. se prova legitimamente, que a dita Francisca Monteira nam he filha do dito Christovão Monteiro, por quanto prova, que a dita sua māy Lucrecia Favella, era hūa negra, publica meretrix, de fonte, & rio, & nunca o dito defunto a teve em sua casa por sua concubina, nem em tempo algum lhe prohibio a cōmunicāo illicita, que tinha com varios homens, & ao tempo da concepçāo, & nascimento da dita Francisca Monteira, teve a mesma illicita comunicaçāo com muitos, por onde se lhe nam pode dar pay certo, nem se pode verificar, que o dito defunto o feja, & como o dito defunto, nunca tivesse a dita Francisca Monteira por sua filha, nem a tratasse como filha, o que era necessário para prova da filiação, & nam sómente o tratamento de ouros, porque esse presume o Direito ser falso, & errado, o que junto com a denegaçāo, que fez o dito defunto, de que a dita Francisca Monteira fosse sua

filha, assim quando queria caçar, como no testamento, que fez estando para morrer, por onde se presume, que todos fallaõ verdade, donde se conclue evidentemente, que o nam he. Julgo por não habilitada a dita Francisca por filha do dito defunto, & que lhe nam compete a sua herança, nem tem direito algum para ella. E absolvoo ao R. do pedido pelo A. ao qual condeno nas custas destes autos. S. Christovão 16. de Abril de 1682. Salvador de Tavora.

A qua sententia fuit appellatum ad Senatum Brasiliensem. Vbi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus sequentibus.

Meridiana luce clarius probatur hæc filiationis, indicij, tractatu, fama viciniae, & nominatione parentum, quod possit probari indicij, est expressus text. in cap. transmissæ 3. qui filij sint legitimi, ibi: *Nisi certis indicij: quæ quidem indicia, quamvis quoque per se non efficiant plenam probationem, ut ex Bartol. in summario text. in L. Lucius 82. ff. condit. & demonstr. & in L. 1. eod. quorum bonorum, Menoch. de arbitr. casu 89. num. 6. Attamen cum cæteris concurrentibus plenissimam probationem faciunt, ut communiter DD.*

Tractatus.

Est maximum indicium tractatus ad probandam filiationem erga patrem, qui tractatus maximam præsumptionem inducit pro filio, ita ut filium releve ab onore probandi, & ne in adversarium træferatur probandi onus, DD. in L. quidam ff. de probat. & in L. 1. §. ad quæstionem ff. quæstorib. Baro. in cap. per tuas, Dueñas reg. 343. Cov. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 3. num. 6. Menoch. casu 89. num. 69. & præsumpt. 33. à num. 21. & lib. 1. præsumpt. 35. num. 32. Surd. de aliment. tit. 1. q. 112. n. 8. & hic tractatus consistit in educatione filij, ex eo quod filium educaverit, in quasi possessione filiationis illum constituit, DD. communiter, Menchac. illustr. lib. 2. cap. 85. ex num. 20. Surd. de aliment. dict. tit. 1. q. 126. num. 7. & 8. consistitque etiam in habitatione domus cum patre, & quod cum eo ad mensam assisteret filius, & vestiret eum pater, quæ omnia videntur per Mascard. de probat. concl. 795. n. 1.

Fama viciniae.

Vehemens est quoque alterum indicium, scilicet, viciniae fama, ut per text. in cap. per tuos, ibi: Nominatus communiter fuit, & habetur, de probat. L. si vicinis Cod. de nupt. dict. cap. transmissæ, ibi: A vicinia, quæ ipsum,

in filium eorum esse credebat, Cov. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 3. num. 10. Menoch. de arbitr. casu 89. Mascard. concl. 791. Corrobora-
tur ex ijs, quæ tradunt DD. de vi, & autho-
ritate communis famæ, juxta L. 3. §. eiusdem
ff. de testib. ibi: Consentiens, fama confirmat,
ex quibus indicijs simul concurrentibus ple-
nissima resultat probatio, Cov. supra num. 7.
Menoch. præsumpt. 39. Surd. de alimen. tit. 1.
q. 112. num. 8. cum seqq. & cons. 1. à num. 9.
Gratian. forens cap. 135. num. ult. Valasc. con-
sult. 134. num. 3. & 4. Facit vulgaris regu-
la in materia probationum, & quæ non pro-
funt singula, multa juvant, quam tradit
Gloss. verbo legitimis in L. 2. ff. de excusation.
tutor.

Nominatio parentum.

Tandem nominatio parentum erga fi-
lium, seu confessio, aut assertio est ex indi-
cijs maximum; & ex illa nominatione insur-
git maxima præsumptio pro filio, L. 1. §. Ia-
lianuſ ff. liber. agnoscend. in fin. ibi: Pro filio
confessio patris, cap. pertuis de probat. & fi-
lius ejus nominatus fuit, ubi Aug. Barb. n.
4. gloss. in cap. Michael de filiis præbyteror.
& communiter DD. Quæ præsumptio ope-
ratur, ut filius constituatur in quasi posse-
sione filiationis, itaut in adversarium tran-
seat, & transferatur onus probationis in cō-
trarium, L. quidam ff. de probat. & opera-
tur, ut accendentibus alijs indicijs plena effi-
ciatur probatio, Aug. Barbos. dict. numer. 4.
Cov. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 3. num. 7. Peregr.
de fideicom. art. 43. num. 66. Prodeltque hæc
nominatio contra patrem confidentem, &
ejus hæredes, L. 1. ff. de confessis. Prodelt etiā
dicto filio, si fuerit dicta confessio principa-
liter propter se, in hoc enim casu probatio-
nem inducit pro filio, Decius in dict. cap. per-
tuas, & notant DD. in L. publica §. ult. ff. de-
posit. L. cum de indebito §. ult. L. generaliter
Cod. non numerat. pecun. Dueñas. reg. 119.
& non solum contra hæredes, sed & contra
alium tertium, Decius in dict. cap. pertuas n.
29. & principaliter, ut filiis hæreditatem pa-
ter, Menoch. de arbitr. casu 89. num. 7. Pas-
sian. de probat. lib. 2. cap. 6. num. 20. & 26.
Denique hæc indicia, conjecturæ, & præ-
sumptiones filiationis erga patrem probari
possunt per testes, dict. cap. transmissæ, ibi:
Nisi certis indicijs, & testibus: cap. pertuas de
probat. & in hac materia sufficere duos te-
stes asserit Paleotus cap. 25. num. 9. Mascard.
concl. 797. num. 6. L. ubi numerus ff. de te-
stib. cap. in omni negotio eod. tit. & hæc præ-
sumptio procedit etiam in concubina, seu
ejus filio, Cap. Michael de filiis præbyteror.

in gloss. verbo confiterit, ubi DD. eoup. 217

Et ex actis probentur hæc indicia.

Clarissime, & abundanter probantur cō-
cubinus, conceptio, & partus in domo
Christophori Monteiro ex sua concubina,
quamplurimi annis domi retenta, indicijs,
tractatu, fama vicinæ, nominatione parentum,
ut probatur concludenter ex omnibus
testibus Actoris à fol. 16. & etiam ex testibus
Rei contra producentem à fol. 46. videatur
etiam certitudo jurata in verbo Sacerdotis
fol. 112. & omnia optime allegata per Patro-
num à fol. 171. ergo concurrentibus tot in-
dicis, & conjecturis probata remanet filia-
tio, & adversarius tenebatur contrarium
probare, ut supra afferuimus, sed cum testes
Rei sint negativi nihil probant: hujus pro-
cessus maior difficultas est an sufficiat nega-
tio filiationis per patrem facta in suo ulci-
mo elogio? Ad cuius decisionem prius debet
narrari factum hujus processus, quampluri-
mis annis Christophorus Monteiro suam
concubinam secum duxit à Villa Divi Pau-
li, illamque ubique domi retinuit, & tandem
concepit, & peperit in domo dicti Christo-
phori, quo ipse met fatetur, & non negat,
ut ex actis, & articulis probatur clarissime;
peperit dicti concubina filiam Franciscam
uxo em Actoris, illamque fecit Christo-
phorus baptizari pro filia sua, patrinosque
elegendo, ut probatur ex testibus fol. 19. &
vers. & ex alijs, semperque illam cognovit
ut filiam suam, tractavit, aluit, & nomina-
vit, ut pater illam benedicendo, domique re-
tinendo, & vestiendo, ita ut cum maior esset,
posuit illam in domo Gasparis Borges da
Vide, ut illam docuisse, & estimaret ut fi-
liam dicti Christophori, & sic illam semper
aluit, & vestivit, atque nominavit filiam
suam, ut probatur ex testibus Actoris, & ex
certitudine fol. 112. postea concubina dicti
Christophori matrimonium duxit, renuen-
te illo, & voluit secum habitare filiam suam
Franciscam, noluit Gaspar Borges illam illi
tradere, nisi esset ad matrimonium contra-
hendum Christophorus, Franciscæ pater
ægre tulit, non secum trahere filiam suam,
quæ postea matrimonium contraxit cum
Actor, renuente quoque Christophoro pa-
tre, & contradicente. Ecce causa odij, & de-
negationis filiationis Franciscæ declaratae
per patrem suum Christophorum in vindic-
tam sui matrimonij contracti, & hæc est
genuina veritas processus hujus, & ex hoc
tempore negavit filiam, & dixit matrem ejus
esse meretricem, & illi imposuit tot defen-
sus,

etus, quos distavit odium, & vindicta.

Nunc ad questionem.

Negatio filiationis pro parente facta non potest mutare juris dispositionem, *L. nemo potest ff. de legat. 1. L. neque professio Cod. de testam.* & quamvis haec confessio, seu negatio filiationis fiat in mortis articulo, quamvis enim nullus presumatur immemor salutis æternæ, *L. ult. Cod. ad L. Iuliam repetit. Sanch. lib. 3. de matr. disput. 37. num. 1. Mascal. de probat. concl. 350. num. 28. & 29.* non tamen credendum est in præjudicium juris quæsiti alicui tertio, *L. si quis in gravi 3. §. si quis moriens ff. ad Silanian. Cov. 2. var. cap. 13. num. 8. Menoch. lib. 5. præsumpt. 5. num. 17. & præsumpt. 33. num. 8. & de arbitr. casu 89. num. 26. Gutier. lib. 1. ca- non. cap. 38. num. 30.* Ex quo sequitur filium non teneri adhuc in foro conscientiæ credere matris, vel patris dicto, imo potest adhaerere juris præsumptioni, *Menoch. dict. casu 89. num. 28. Mantic. de conjectur. lib. 1. tit. 14. num. 8.* Quamvis legitime probetur uxorem, vel concubinam adulterasse, vel cognovisse alium carnaliter, eo tempore, quo concepit, adhuc enim mariti, vel concubinarij filius præsumitur, & non adulteri, vel alterius hominis propter retentionem domus, *L. miles §. defuncto ff. ad L. Iuliam de adul- ter. Mantic. de conjectur. lib. 2. tit. 14. num. 18.* quia sicut possibile erat conceipere ex adultero, vel altero homine, magis possibile erat concipere ex marito, vel amasio, qui eam in suo domo retinebat, *L. Imperatores ff. de probat. ibi: Ut spurium in actis professa est, & ibi: Nec objicit confessio à matre jurata facta: dict. cap. per tuas de probat. ibi: Viro in con- trario petito non est standum, L. 1. §. si quis ab alijs ff. de inofficio. testam. & notavit Gloss. in L. etiam ff. de probat. L. nemo potest ff. de legat. 1. L. neque professio Cod. de testam.*

Tempore conceptionis, & partus Franciscæ pater erat plebeus, ut requiritur ex *Ord. lib. 4. tit. 91.* fuit concepta, & nata in domo patris sui Christophori Monteiro, ut requiritur ex *Gloss. verbo confiterit, in cap. Michael 13. de filijs presbyterorum.* ibi: *Natus fuit ex illa, quam tenebat secum publica in domo pro concubina, Cap. per tuas de probat. ibi: In domo ipsius peperit, August. Barb. ad dict. cap. Michael num. 2. Cov. de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 3. num. 8. Surd. de aliment. tit. 1. q. 9. num. 1. Mantic. de conjectur. lib. 11. n. 22. Grat. forens. lib. 1. cap. 31. num. 1. Gam. decis. 152. num. 2.* Concubinarius, & concubina poterant matrimonium contrahere; nullum

enim intercedebat impedimentum, conjecturae omnes simul concurrunt, & indicia. Ego vero revocata sententia Auditoris Franciscam uxorem Autoris judicarem filiam defuncti Christophori Monteiro, illiusque hæredem, condemnato appellato in expensis utriusque instantiæ. Bahiæ 1. Iunij 1683. Espinosa.

Agitur de probanda filiatione erga parentem, quod difficilimum est, & pene impossibile, ut tenet *Valasc. conf. 176. num. 2.* & plene probari non potest, *Menoch. conf. 1. n. 22. & de arbitr. casu 89. num. 1. & 11.* & tantummodo resolvunt DD. quod filiatione erga patrem per conjecturas probari potest, & visis probationibus maxime contestare probantur, quia quamvis probetur concubitum per aliquos annos, attamen probatur, quod eodem tempore mater appellantis habebat accessum cum pluribus, ita probatur ex tota inquisitione, & quod erat publica meretrix, & videtur ex testibus fol. 61. & quasi per totam inquisitionem, quo probato diluitur talis conjectura, & tenet *Valasc. supracitat. num. 4.* aliae quoque conjecturæ non probantur, & de jure requiritur, quia fama tantummodo non sufficit, & minus, quando testes non deponunt, quod talis fama ortum habuit à personis fide dignis, & tenet *Mascal. de probat. concl. 791. num. 18.* nec etiam lavacrum baptismatis probatum invenio, quia requisita, quibus probatur baptismum, de quibus *Surd. conf. 1. numer. 45.* minime probantur, ex quibus, & ex fundamentis in sententia ponderatis illam confirmare damnatis appellantibus in expensis. Bahiæ 22. Ianuarij de 1684. Almeyda.

Probationem filiationis naturalis esse difficile, tradit cum multis *Merlin. de legitim. decis. 51. num. 5.* & multo antea hanc ipsam difficultatem cognovit *Homerus ibi: Ab ipso natum dicit me mater, at ipse nescio, quis po- test certum conferre parentem.*

Qua de causa, tenent communiter DD. filiationem naturalem sufficienter probari per conjecturas, *Valasc. conf. 176. num. 3. Phab. decis. 76. num. 7.* Verum, quæ sint istæ conjecturæ, & quomodo probari debeant, tradit *Valasc. supradic. 17.* ubi affirmat debere simul concurrere nominationem filij, multiplicationem coitus, famam filiationis, alimentorum dationem, & collocationem in matrimonium. Attamen existimo, salva tanti viri pace, prædictas conjecturas solum esse sufficientes ad probandam filiationem, quoad effectum alimentorum, & ad petendam vero hæreditatem non sufficere, sentit *Gam. decis. 152. num. 1. alias 10.* & est opinio Baldi

Baldi supra citati, licet non sequatur *Valasc.* dict. conf. 176. in fin. expresse *Phæb. dec. 44. num. 3.* ubi dicit requiri, quod probetur proprietas filiationis ad petendam hereditatem.

Verum quidquid sit de una, aut altera opinione, certum est ad probationem filiationis naturalis, tunc sufficere conjecturas, quando ab opposita parte non concurrunt presumptio[n]es, que tales conjecturas diluant, videatur *Valasc. in fin. consult. 176.* qui Cardinalem Paleotum citat, & de quibus, cum probationibus idem dicendum est, quia in tantum probant, in quantum non apparet in contrarium probatio melior, ut est vulgare. Unde cum in nostro casu conjecturæ filiationis ab appellantibus oblatæ per contrarias presumptio[n]es, & probationes à R. factas sufficienter elidantur, ut videre est ex testibus à Reo productis fol. 46. dicendum est, quasi possessionem filiationum nostro in casu non esse probatam.

Secundo, & evidentius, certum in jure est, quod licet filius probet quasi possessio[n]em filiationis, si à parte contraria opponatur, quod pater tempore conceptionis diversa fæmina, aut mater diverso homine copulabatur, non sufficere talem quasi possessionem ad successionem probatam, ex Ord. lib. 4. tit. 92. in princip. ibi : *Hūa sō manceba.*

Tenet *Emman. Barbos. ad predictam Ord. in princip. num. 17.* & latius *Cald. de nominat. q. 21. num 7. Phæb. decis. 76. numer. 12.* que resolutio Ordinationis non solum vigeat in viro, sed etiam in fæmina à paritate rationis, quia in utroque casu stat eadem ratio decidendi, & est communis DD. resolutionis, *Phæb. dict. decis. 76. num. 16.* ubi *Gam. decis. 152. num. 2.* Vnde cum probetur evidenter ex testibus fol. 50. appellantis matrem meretricem esse, & quod tempore conceptionis multis copulabatur veris, dicendum est non probari filiationem naturale, n, super qua quæstio est. Neque aliqui magis fatuum inveniri potest, ut afferit *Josephus Ludovicus decis. Perusiana 18. num. 20.* q iam ex meretrice genitos filios alicujus admittere. Ex quibus cum sapientissimo Domino secundo loco deliberante sententiam confirmare condonatis appellantibus in expensis. Bahiae 18. Martij 1684. Pita.

Cum secundo, & tertio Dominis convenio. Soutomayor.

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum. Vbi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus sequentibus.

Tripli medio aggravantes filiationem probare intendunt, scilicet, nominatione, tractu, fama. Quoad primum nominatione, licet coram nominato fiat, nisi directa sit ad filiationem profitendam, vel in actu, qui solidi filio competit, filiat onem non probat, egregie *Barbos. in rubr. 1. p. à num. 14. ff. solut. matr. Gam. decis. 201. num. 1.* Hoc ita actum neutquam constat, imo satis probatur, dum matrimonium inter aggravantes publicaretur, & aggravatrix, defuncti nunc filia nominaretur, ipsum occuruisse, negans illam suam esse filiam, ut fol. 348. neque obviatur, hanc negationem jam filiae non nocere, ex L. 1. ff. de carbonian. edict. *Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 89. num. 73.* quia ista doctrina procedet, quando talis præcessisset nominatio, que filiationem probaret, ac non ita in praetenti, ut supra dictum, eandem negatio se n in testamento fol. 287. assertus pater repetit, & neutquam credendum falso, cum morti proximas esset, neque alios haberet heredes, in quorum gratiam filiam aggravatricem denegaret, & quidem notandum est testis aggravantium fol. 70. quidam de nominatione, & tractatu deponit, dicit, eodem modo dictum assertum patrem, quem tam aggravatricis fratrem, quem nemus ejus filiu n esse afferit, tractavisse, ex quo infertur, potius pietate, & amore, quam natura, dictum defunctum se aggravatrici, & ejus fratri talem se exhibuisse, & hoc pertinet, que de tractu, alimentis, & doctrina adducantur, notandum etiam testis fol. 77. quibus loquendi terminis dicat defunctum, filiam non negasse, non enim talem esse dixit, sed sibi imputari.

Quoad famam: haec sine certo, justoque principio vana vox, & vanus rumor, Cap. Oseus Episc. de election. *Mascard. concl. 749. num. 18. Carleval de jud. tom. 1. lib. 1. disput. 3. num. 11. ad fin.* Vnde ergo ista fama à concubinata, minime cum constet aggravatricis matrem villissimam esse æthiopem, pluribus prostitutam, eodem tempore, quo asserti patris domi morabatur, quis ergo, cum nec ipsa, scire poterit, à quo conceperit. Sin autem ortum à tractu, & nominatione ceperit, hic que de hisce causis prediximus, sunt repetenda. Ex his itaque judicatum laudarem. Vlyssipone 11. Maij 1685. Pereyra.

Licet quasi possessio filiationis proveniat ex tractatu, & educatione, & alijs presumptio[n]ibus sufficientibus ad obtinendum in iudicio petitorio, & transferat in adversarium onus probandi contrarium, si ad alimenta dirigatur supplicatio, ut tenet *Castilh. lib. 5. contr.*

contr. cap. 104. ex num. 5. cum seqq.

Et non deficiant DD. alseverantes id procedere, si hereditas petatur, ut cum Bart. Petra, Trentacing. Valasc. Integriol. Gratian. Mascard. Surd. tenet idem Castilb. ubi supra.

Nihilominus tamen parvi faciendę præfatę conjecturę, quando hæc veniunt elidendae per alias fortiores, & efficaces debilitantes assertam filiationem, Rotta per Farinac. in posthum. 1. p. decis. 164. ex num. 2. cum alijs Baltasar Thomas. videndus de legitimatione lib. 13. à num. 195. & seqq. Et tunc non debet curari de traditis conjecturis cum obstrictione, strictior, certior, & potentior, & magis concludens, urgensque præsumptio in contrarium ex declaratione ultimi elogij Christophori ex totali repugnacia ejusdem in actu concernenti statum nubendi nomine filiationis, & matris depravatione, quæ omnia judicatum stabilire faciunt, quin obstant adducta à doctissimo ejus Patrōno, quibas sigillatim satisfaciunt eleganter tradita in perorationibus pro executore testamenti. Sic placet. U. yssip. 16. Maij 1685. Baracho.

487 No feito de agravo ordinario, em que saõ partes aggravante Simão da Lomba, & aggravado João Pereira, Escrivão Luis de Freytas de Sampayo, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, petição do A. contestação do R. mais artigos recebidos, treslado de escrito de liberdade, inquiriçoens juntas, & autos appensoes. Mostrase por parte do A. que he filho natural de Pedro da Lomba, morador que foi no Vrubum, no rio de São Francisco, & o dito seu payo tratou, & reconheceo sempre por seu filho, & lhe alcençou liberdade no anno de 1659. de Pedro de Abreu de Lima, & depois o teve alguns annos, & de suas portas a dentro, confessandoo por seu filho, alimentandoo, & sustentandoo do necessario, o qual era homens peão, curralleiro que foi de Antonio de Brito de Castro, & de Pedro de Abreu de Lima, filho de hum official mecanico de Sapateiro, & tendo obrigaçao de o instituir por herdeiro no testamento, que fez, o preterio, & instituiuo sua alma por herdeira, o qual he nullo. Por parte do R. se mostra, que Pedro da Lomba nunca reconheceo ao A. por seu filho, antes quando o dito Pedro de Abreu lhe dizia, que era seu filho, o negava, mostrando sentimento do dito, & se o recolheo em sua casa depois de ter liberdade, foi por lhe fazer boa obra, & pelo amor de Deos, & depois se tornou para a casa do dito Pedro de Abreu. Mostrase, que o A. era filho de hum Indio

pescador, & de huma nullata do dito Pedro de Abreu, & pelo ser he o A. muito baixo, sendo que a dita nullata tem outros filhos, que por serem de homens brancos tem diferente cor da do A. Mostrase, que a dita nullata, māy do A. era mulher devassa, que tinha avisada com muitos, & varios homens, no tempo que concebeo, & pario ao A. Mostrase, que Pedro da Lomba era bom Christão, & inclinando a fazer bem, & se o A. forá seu filho, nam tendo herdeiro algum forçado, lhe deixará seus bens no testamento, com que faleceo. O que tudo visto, & o mais dos autos, disposiçam de Direito, & como o A. nem articulou, nem provou as qualidades, que pela Ley do Reyno se requerem, para como filho natural de homem peam ser seu herdeiro, & podera annullar o testamento, que Pedro da Lomba fez, quanto à instituição, & preterição, julgo nã ter auçaõ, & absolvoo ao R. do pelo A. pedido, & condono ao A. nas custas dos autos. Bahia 14. de Novembro de 1676. Goes.

A qua sententia fuit appellatum ad Suplicationis Senatum, & fuit confirmata. Ju. dices. Lopes Oliveira. Sylva & Sousa. Et fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Filiationem improbabilem, & saltem dif. 489 ficilem dicit Iurisconsultus in L. Lucius secundum vulgarem intellectum ff. de cond. & demonstr. Valasc. cons. 134. n. 2. Surd. cons. 1. num. 39. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. conclus. 79. juxta illud.

Ex illo natum mater me dicit, at ipse nescio, nam certum quis posse ferre parentem. Et cum A. ad judicium petitorum veniat, ubi plena requiritur filiationis probatio, secundum Bild. cons. 380. lib. 1. Alber. & Salicet. in L. non ignorat Cod. qui accus. non poss. Alciat. præsumpt. 38. num. 7. Farin. tom. 1. decis. 289. n. 4. & 5. dicit magis communem Mascard. conclus. 787. à num. 3. refert judicatum Phæb. 1. p. decis. 44. à num. 4. difficiliori adstringitur obligatione.

Illegitimitatis autem probatio est illa præsumptiva, de qua cum alijs duabus specie. 490 bus, naturalis, scilicet, & necessariae, agunt DD. ad L. filium 6. ff. de his, qui sunt sui, in cap. pertinas de probat. Paleotus de noth. & spur. cap. 21. à num. 9. Menoch. de arbitr. casu 89. num. 3. quos refert, & sequitur Valasc. tom. 2. cons. 176. num. 16. Grat. forens. cap. 653. n. 79.

Inter has igitur præsumptiones, quibus jus nostrum habet filiationem probatam, illa est prima, & præcipua, quod sicut ille præsumitur filius, qui ex uxore, & marito nascitur cohabitantibus simul, vitamque matrimoniale

trimoniale facientibus, ex text. in dict. L. filium eum definivimus ff. de his qui sunt sui, L. miles §. defuncto ff. ad L. Iuliam de adult. cum pluribus Castilh. lib. 6. cap. 104. à n. 7. Giurb. de statut. cap. 1. gloss. 4. 1. p. à num. 58. ita similiter naturaliter ille naturalis filius præsumitur, qui nascitur ex soluto, & soluta, inter quos non datur impedimentum ad matrimonium contrahendum, viventibus sub uno tecto, cum cæteris qualitatibus, de quibus dicemus modo, & præsumptio, quæ exinde resultat, non admittit probationem in contrarium, ut est opinio gloss. communiter receptæ in cap. Michael. de filijs præsbyter. latissime, & magistraliter Surd. decis. 83. à num. 2. ibi: Sicut natus, &c. Menoch. lib. 6. præsumpt. 83. num. 5. Trentacing. lib. 1. variar. tit. de filiatione resolut. 1. num. 8. vers. hec conjectur. Grat. cap. 562. n. 59.

492 Requisita autem, quæ debent cum cohabitatione concurrere, tetigit etiam Gloss. in d. cap. Michael. quorum primo illa est, quod si mulier domi propriæ retenta cum affectione maritali, & libero accessu ad illam, sine quo non resultat sufficiens præsumptio, ad probandum filiationem in plenario judicio, Alciat. regul. 3. præsumpt. 37. num. 4. ex pluribus Mascar. concl. 789. num. 19. & quod sine libero accessu cesseret præsumptio, resolvit Alex. conf. 158. num. 2. vol. 5. cum alijs Mascar. concl. 188. num. 32. sentit Surd. conf. 1. num. 44.

